BIBL. NAZ.
Vittorio Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
B
309/1
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

592054 Rac. Vill. B. 309
(2)

NICOLAI TOPII

I. C. PATRICII THEATINI

DE ORIGINE OMNIVM TRIBVNALIVM NVNC IN CASTRO CAPVANO

Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis exiſtentium.

DEQVE EORVM VIRIS ILLVSTRIBVS LIBRI QVATVOR, &

PRIMA PARS.

Quæ

Nobilitatis exordium, atque Vrbis Neapolis: Regia Archiua: Magnam Curiam Vicariæ; ac Regiam Cameram Summariæ, comprehendit.

AD EXCELLENTISSIMVM DOMINVM

DON GARCIAM

DE AVELLANEDA, ET HARO,

COMITEM DE CASTRILLO

VICEREGEM, &c.

De Alexandro

De Alexandro

NEAPOLI, Ex Typographia Onuphrij Sauij M.DC LV.

Superiorum permiſſu.

Occupandi temporis cauſſa in
vſum tuum, non in præco-
nium, aliquid ſimplici
ſtylo ſcribe.

Seneca lib. 1. de Tranquillit. an. cap. 1.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIME

DOMINE.

CVm Neapoli, totoque Regno belli cōflagraret incendium, nulluſque angulus tutus eſſet ab armis; Tu Princeps Excellentiſsime omnium oculos in te non ſine admiratione conuertebas. Videbant enim, te Regios natales ab illis heroibus accepiſſe, qui ſemper, vel capulo, vel calamo manum admouentes, ex militiæ, ſapientięque monumentis gloriam conſequuti ſunt immortalem. Neque par tuarum

Digitized by Google

laudum ratio eſt, ac cœterorum heroum, qui Hiſpaniã exornãt: nam alios partita quadam laude glorioſos, vel pietas, vel prudentia, vel alia peculiaris extollit virtus: ſed in te, & ſummam prudẽtiam, & eximiam bellandi peritiam, & maximam ſapientiam, & cęteras, quæ Regium commendant genus, cumulatas, admiramur virtutes. Non ab re dixerim familiam tuam fatali machinę ſimilem, quem Græci machinam ſelectiſsimis quibuſque complerunt heroibus: ex hac enim familia Rex Monarcha noſter, vel Imperatores euocat, vel Prore-

ges,

Digitized by Google

ges, Regnorumque, vel expugnatores, vel aſſertores. Quę autē Tu Princeps Excellentiſsime, vel apud Indos, quibus tanquam ſol fulgētiſsimus illuxiſti, vel in Hiſpania, vel in hoc Regno prudentiſsimè geſſeris; in hac breui epiſtola prętermittēda potius, quàm laudibus proſequenda videntur. Prætermitto igitur maiorem tuæ prudentiæ gloriam, quæ paucis ab hinc menſibus, facilius ne dicam, an felicius, totam huius Regni militiam, quam rectiſsimo diſpoſuit ordine: Mitto, quòd hæc eadem prudentia ſtipendiarios fecit, qui toto Regno aperta

graſ-

graſſabantur: Nullam facio mentionem de ampla prouidentia, quæ innumeros milites, ingentem Regi noſtro tranſmiſit pecuniam pro bellis Catalauniç, Luſitaniæ, Flandrię; vel etiã Turcarum pro Sereniſsima Venetorum Republica; idque breui tẽporis interuallo, ſine huius Regni grauamine: Illaudatam relinquere cogor tuam animi celſitudinem, quæ hoſtium apparatus, quæ arma toti Regno minantia, glorioſiſsimè diſsipauit; quę Neapoli pacem, quæ lætitiam, quæ vberrimam reſtituit annonã: hæc & alia propemodum innumera

præ-

Digitized by Google

prętermittere me cogit breuiſsima huius epiſtolæ ratio:nõ enim epiſtola, ſed volumine complectẽda videtur tua præſtantiſsima dignitas, quam & omnes magno ſtudio venerantur, & exterę nationes incredibili admiratione proſequuntur. Te, tanquam Saturnum aurea cõdere ſecula, uel ipſa tellus aperto fatetur ore, quæ in Samnio, ſub te Principe uenã aperuit auream. Me igitur Excellẽtiſsime Princeps, decus Heſperidũ, tuorum ornamẽtum, & huius gloria ſeculi, inter eos, qui te venerantur, admittere ne graueris: accipe munuſculum, quod ſi tua

ma-

magnanimitate metiaris, minimũ eſt; ſi meo ſtudio, maximũ. In hoc opere, tua mihi ſingulariſsima probitas, tantam addidit alacritatẽ, vt breui temporis curriculo, & plurima rerum, ac Virorum Illuſtrium ex obliuione monumenta vindicauerim, & quos ſibi Gallia vendicauerat, Regno Neapolitano reſtituerim heroes. Huc interdum poſt grauiſsima Regni negotia, pro tua ſumma humanitate, oculos conuertere digneris: opus tibi maximo Principi nuncupare ſum auſus in ſpem non gloriæ meæ, ſed gratiæ tuæ. Cui, & ſalutẽ, Neſtoreamque precor ætatem;

tem;

Digitized by Google

tem; & quæ velis, quæque pro Rege noſtro generosè cogitas feliciſsimè contingant, exopto. Neapoli Idibus Martii 1655.

Excellentiæ Tuæ

Humillimus, & Addictiſſimus Seruus

Nicolaus Topius.

Digitized by Google

Ad Lectorem Regnicolam humaniſsimum.

ECce tibi, humaniſſime Lector, laborum meorum primitias, ſcilicèt paruum, & primum volumen de origine omnium Supremorum Tribunalium, nunc in Caſtro Capuano huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis exiſtentium; deque eorum Viris Illuſtribus, cum nominibus, cognominibus, & Patrijs Magiſtratuum; ac temporibus quibus ij floruerunt. Opus iam diù deſideratum, ſummaque auiditate expetitum, ad quod nemo adhuc, ob operis difficultatem, manus admouit. Ego verò et ſi ingenij tenuitate imbecillis; indefeſſi tamèn laboris aſſiduitate, illud confeci, trienij ſpatio, dùm Archiuarij Regiæ Cameræ officium rexi; accuratè enim perlegi, obſeruaui omnes ferè eorundem Tribunalium forenſes actus, tùm veteres; tùm recentiores: innumeros quoque noſtrates huius Regni Scriptores, exteroſque, omnia monumenta Magni Regiæ Cameræ Archiui perluſtraui; & ex ijs, quoad potui, ea deprompſi, quæ ad ipſorum Magiſtratuum originem ſpectantia, indagaui: optaſſem quippè de his omnibus, vberiorem habere ſermonem, ac fuſiùs agere; eorumque res geſtas; ac inſignia cuiuſque perpetui Miniſtri, proprijs aptata coloribus, imprimendo, referre; & de omnibus rebus ad opus hoc pertinentibus, plenam, exactamque notitiam tradere; at id non licuit ob temporis anguſtiam, veterum monumentorum inopiam, Regiorum Archiuorum iacturam: in quibus complura deſiderantur, quæ deperdita, combuſta fuerunt, ob bellorum diſcrimina, clades, turbines, quibus Regnum, Ciuitas hæc, plu-

Digitized by Google

pluriès vexata eſt. Quamobrèm ſunt omnia alti ſilentij tenebris inuoluta; ſed ea dumtaxàt recenſebo, quæ veri, ac certi comperta, in tãta rerum viciſſitudine ſuperſunt, ne ipſa quòq; pereant. Deniquè habes Amice Lector in fine huius operis Elenchũ, qui licèt rudis, & non, vt volebam abſolutus, citatione tamen foliorum, alijſque ſignis, & Auctores, quo tempore floruerint, quæ ediderint opera, & vbi, luculenter oſtendit: doctiſſimis, & ſolertiſſimis quibuſque huius ſeculi Viris fortaſſe non inutilis. Præterea quem ſecundo libro addidi catalogum menſarum, quæ vulgò banca dicuntur, non eo animo feci, vt alicui familiæ detraherem, ſed vt eam magis illuſtrarem. Siquidem non illa ſolùm ætate, ſed multò antè magno quidem nomine familiæ Florentinæ, Mediolanenſes, Venetæ, Neapolitanæ, Hiſpanæ, Gallæ cauſa cum priuata, tum publica menſarum negotia, remque nummariam exercebant, id quod apertè indicant vetuſtiſſimi, atque varij libri, qui conſeruantur in Magno Regię Camerę Archiuo. Plerique autem earum, quas ſupra diximus, menſarum trapezitæ, non ex decoctione, ſed vltro, ſuaque ſponte negotijs finẽ impoſuere. Deindè opus hoc raptim, præcipitantèr amicorum impulſu, & Dominorũ meorũ mandatis, edidi, ideòque tuam humanitatẽ rogo, atq; obteſtor, vt erroribus tum meis, tũ Typographicis ignoſcas. Quæ verò ibi de fortuna, fato dixi, cavel ironicè, vel de veteri latinorum phraſi pronunciaui; indictum, irritumque, publica hac palinodia reuoco, ſi quid vſpiam exciderit, quod fidei Catholicę aduerſetur, quam ſincerè profiteor.

LECTORI

Antiquarum rerum ſtudioſo, & erudito.

TE, Amice, & eruditiſſime Lector, qui noſtrorum Tribunalium originibus, ac hiſtorijs delectaris; illarumque ruditatem, & barbariem non faſtidis, iure merito alloquor: non iniquus ſis Iudex rogo, conatus mei, quo Virorum, & magnitudine geſtorum, & dignitatum diuturnitate, atque amplitudine Illuſtrium, memorias ex obliuione, & obſcuritate vindicatas, immortalitate donandas, promere aggredior; moremque tuis ſtudijs gerere maximè affecto. Iam enim ſcrupulus aliquis mentem ſubijt meam, ne Te harum notitiarum amore flagrantem fruſtratus eſſe videar, qui ſicca nomina, & cognomina, aridos chronologos, cæteraque præſenti comprehenſa volumine, in vulgus nunc emittam; nec ſpiſſis, nec plenis illuſtrata animaduerſionibus, ſiue notis, quas res ipſæ expoſcebant. Nunc pauca hæc, non leui cura, & ſtudio conquiſita, lege: quantum hoc ſit, quod præſtiterim, quàm quid prætererim potiùs obſerua, præcipuè cùm non eo animo diuulgem, quaſi in poſterum omnem operis noſtri curam deponere ſtatuiſſem; ſed, vt poſtquam iſta iam prodierint, amicorum eruditorum, & iudicio in commiſſis, & indicio in omiſſis commodiùs fruar; vt quæ omiſerim nouis animaduerſionibus illuſtrem. Hæc autem, quæ hic legis, omni remota fallacia, magnaque adhibita diligentia, inuenies; tum ex proprijs Regijs Archiuis; tum ex me-

melioris notæ exemplaribus deprompta. Libenti igitur animo excipito primam hāc huius Primę Partis editionem,pro temporis anguſtijs elaboratam,quam tibi reddam vberiorem in ſecunda editione,ſi mihi Deus O. M. & Rex noſter Inuictiſſimus, Excellentiſſimus Caſtrilli Comes, ac Domini mei Colendiſſimi annuerint, & facultatem ad alia ſemiſepulta perquirenda præſtiterint. Denique me excuſes, oro, ſi quid tuo iudicio minus dignum offenderis in quibuſdam Patricijs extollendis, ſiue meis,ſiue Prouincialibus: datur enim hæc venia affectui, qui, vt dixit Plato, vrget etiam præſtantiſſimos. Vale,& inſtituto meo faue.

Digitized by Google

Dominicus de Rubeis I. C. ad candidum Lectorem.

MIrabere fortaſse Lector, quòd huius Operis in veſtibulo nulla pro ipſo elogia, nulla de Auctore tibi occurrant præconia; cum tamèn res eo peruenerit, vt nō modò Scriptoribus aliquibus haud ſpontè offerantur; verùm etiàm & ipſi vt plurimùm emendicent, extorqueant. Duplices poterant eſſe laudes; vel perſonæ; vel operis: Perſona ſatis teſtata eſt: ſi ad te non peruenit adhuc, quòd nō facilè credam, & Generis, vel morum, vel doctrinæ nobilitatem in ea requiris, lege Volateranū *lib.* 5. *Geograph. tit. Res Piſanorum*, Mauritium de Gregorio *in Comment. Lacon.* Octauium Beltranum *in deſcript. Regni Neap. de Vrbe Theatina*, Carolum de Lellis *in Plauſibus poet.* Hieronymum Genuinum *in Metamorph. nom.* Lucium Camarram *in Theatr antiquo*, ac Franciſcum de Petris *in conſ.* 61. *nu.* 8. Hi qualis ſit (profectò eximię) ore vno fatentur. Operis encomia non affectauit, quinimò reiecit vltrò: multotiès enim præmaturè alienos codices antè ipſum codicum extollunt exordium, qui nec luſtrarunt, nec percepiſſent ſi luſtraſsēt. Vt quid alienos teſtes querere? quid eſt hoc, niſi Lectorem velle decipere? velle (vt ità dixerim) cogere, vt cum alijs ipſe quòque canat encomia, ne ab illis diſcedere videatur? liberum omninò Topius tibi relinquit iudicium; vbi perlegeris, lauda, proba, ſi placet.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA CAPITVM,

Quæ in ijs quatuor libris, & hac Prima Parte habentur, vt velut vnõ aſpectu, congeries totius Operis cognoſci poſsit.

PRIMVS LIBER.

PRæludia octo comprehendit, ſcilicèt de Nobilitatis origine. prælud. 1. *fol.* 1.

An natus in Patria illuſtri, reddatur laudabilis 2. 6.

Qui nobiles, noui, & ignobiles fuerint 3. 10.

De celeberrima Vrbis Neap. origine 4. 13.

De vbertate, ac felicitate Neapolis 5. 16.

Quando & à quibus fuerit ædificata Neapolis 6. 20.

Recenſentur opiniones circà Parthenopes ædificationem, cũ obſeruationibus 7. 24.

De Palepolis & Neapolis cõcluſione 8. 28.

LI-

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

*DE Regijs Archiuis in Magno Caſtro Capuano Vrbis Neapolis exiſtentibus.caput.*1.*fol.*32.

De Archiuo Regiæ Siclæ 2.37.

De Archiuarijs omnibus Regiæ Siclæ 3.40.

De Archiuo Quinternionum 4.42.

De Archiuarijs, ſiuè Conſeruatoribus omnibus Regalium Quinternionum 5.45.

De Magno Archiuo Regiæ Cameræ Summariæ 6.47.

Archiuarij officium quid requirat, & quomodo ab Auctore repertum 7.51.

Varia documenta pro Archiui concluſione recenſentur 8.57.

De Archiuarijs omnibus Regiæ Cameræ Summariæ 9.62.

LIBER TERTIVS.

*MAgiſtratuum Regni Neapolitani cum Romanorum Magiſtratibus comparatio.cap.*1.*fol.*67.

De admiranda Magiſtratuum dignitate 2.72.

De

De Magiſtratuum habitu, & praecedentijs 3.74.
Magiſtratus annui, an perpetui meliores ſint 4.77.
Perfecti & veri Iudicis propriæ virtutes 5.80.
De Magna Curiæ Vicaria 6.83.
De Magnis Magiſtris Iuſtitiarijs Regni 7.86.
De ijs omnibus, qui in Magna Curia Vicariæ, aut cum Capitanei titulo, ſiue Regentis, preſiderẽ vſque ad an. 1500. 8. 89.
De alijs Regentibus ab an. 1500. *vſque ad noſtra tempora* 9. 96.
De Iudicibus omnibus Magnæ Curiæ Vicariæ vſque ad an 1500. 10. 99.
Apologia pro Luca de Penna, & pro Magnæ Curiæ Vicariæ, Regnique ſplendore 11. 114. 12. 118. 13. 121. 14. 127. 15. 132.

LIBER QVARTVS.

De Regiæ Cameræ Summariæ origine. cap. 1 *fol.* 140.
De Regia Cameræ Summariæ reformatione,

ne, eiuſque diuiſione 2. 145.
De Regiæ Cameræ Summariæ nomine, eiuſque diuiſione a Magiſtris Rationalibus 3. 149.
De negotijs, quæ in Regia Camera peragũtur, & ijs qui illi ſubiacent 4. 152.
De Præſidentium immunitate, & præeminentia, aliorumque officialium Regiæ Cameræ Summariæ 5. 156.
De Magnis Camerarijs 6. 160.
De Locumtenentibus omnibus Regiæ Cameræ Summariæ 7. 162.
De Præſidentibus omnibus Regiæ Cameræ Summariæ vſque ad an. 1500. 8. 170.
Cap. 9. cum animaduerſionibus 182. 10. 188. 11. 195. 12. 203. 13. 210. 14. 227. 15. 237.
Monumenta, ſiue Regeſta Regia 246. vſque ad 309.

PARS SECVNDA.
De Sacro Regio Conſilio, & Regijs Conſiliarijs vſque ad an. 1500. quæ completa eſt, & quamprimũ ędẽda.
PARS TERTIA.
Iudices M.C.V. Præſidentes Regiæ Cameræ, ac Regios Conſiliarios omnes ab an. 1500. vſque ad præſentes, includit.

In

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino, ſub die 18. Septembris 1654. fuit prouiſum, quod Reu. Dominus Canonicus Aquilius reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. Eminentiſſ. Card. Philam. Theol. Secr. & Conſultor S. Officij.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

IMPRIMI poteſt.

Octauius Aquilius Canonicus Deputatus.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino, ſub die 15. Octobris 1654. fuit dictum, quod ſtante reuiſione facta a Domino Octauio Aquilio poſſit IMPRIMI.

IMPRIMATVR.

Greg. Pecc. Vic. Gen.

Fr. Ioſeph de Rubeis Th. & Secr.

Illuſtriſſime, et Excellentiſſime Domine.

Libenti animo vidi librum, cuius titulus eſt: *De origine Tribunalium huius inclytæ Vrbis, deque rerum Viris Illuſtribus, Authore V. I. D. Nicolao Topio Patritio Theatino*, meoque in Gymnaſio huius celeberrimæ Ciuitatis Condiſcipulo, in quo nihil inueni contra Regiam Iuriſdictionem [illegible] & ideo poteſt quamprimum imprimi, ex quo redolet in maximam vtilitatem Eruditorum, & Hiſtoricorum; ſi tamen Excellentiæ Veſtræ ità videbitur. Neap. die 7. Nouembris 1654.

Excellentiæ Veſtræ.

Addictiſſimus ſeruus.

Ferdinandus Fera.

Vidit Reg. Conſ. & Præſ. Reg. Cam. Io: Baptiſta Amendola ſuper reuiſione librorum Commiſſarius ſpecialiter Delegatus per S.E.

Ioannes Baptiſta Amendola.

Viſa ſupraſcripta relatione IMPRIMATVR.

De Soto Reg. Burgos Reg. Martinez Reg.

Prouiſum per S.E. Neap. die 26. Nouembris 1654.

Lombardus.

NI-

NICOLAI TOPII

I. C. AC V. P.

LIBER PRIMVS.

DE NOBILITATIS ORIGINE.

Præludium Primum.

1 SVmmus ille,& magnus Opifex, qui ab omni æternitate, vti omnium perfectionum compendium,in ſua diuinitate permanens, maxima voluptate potiebatur; vti nunc vnico nutu, vt ſibi placet, conturbat, & quieſcere facit elementa omnia;ità quoque,quando ipſi placuit, paruo ſuæ ſanctiſsimę voluntatis nutu;totum creauit;oſtendens infinitam potentiam, de nihilo cuncta producendo: immenſamque ſapientiam diſponendo,& decernendo,dilectionem quoque maximam communicando ſuum eſſe creaturis omnibus; ſecundùm tamen earum diſpoſitionem. Et in iſto venerando opificio demonſtrauit, tàm in creaturis cœleſtibus,quàm in inferioribus, inter alia innumerabilia,duas admirandas cõditiones,quæ ad meam intentionem,nunc faciunt.

2 Prima eſt,quod a principio mundi ipſe fuit Nobilitatis inuentor ſub velaminibus,ſymbolis,& figuris,quę ſemper,perpetuèque videntur;altera verò, quod ipſemet poſuit in illa gradus diſtinctos; itàut in qualibet nobilitatis ſpecie naturaliter reperiri poſsit plùs,& minùs, abſque tamen terminorum præteritione nobilium.

3 Creauit ille magnus Magiſter primo loco Angelos, ſuarum manuum primas delicias; ac proinde creaturas nobiliſſimas; cum ipſi ſint aſſidui in eius præſentia, arcanorum participes, conſiliorum edocti, diuinæque voluntatis conſcij, atque Sanctiſſimæ Trinitatis nuncij: inter quos Hierarchiarum quoque diuerſitates poſuit, ordinum, & nominum. Vnde alij ſunt ſuperioris Hierarchiæ, alij inferioris; & in illis, aliqui ordinis primarij, alij medij, alijque infimi; qui tamen in illa diuerſitate omnes infinitè felices, ſua ipſorum inæquali felicitate gaudent.

4 Et ne cogitaret homo, iſtam Nobilitatem ſolum ſpirituum eſſe, & non conuenire corporibus; creauit ille ſummus Deus Cœlos ſupremæ, perpetuæque nobilitatis corpora, cum ſint materię inuariabilis, abſque corruptione, quorum virtute elementa gubernantur, & quæ ex his producta ſunt; & tamen inter Cœlos quoque graduum diuerſitates reperiuntur; itaut illud primum proximum Dei pedibus, abſque dubio, cæteris nobilius dicatur; & alij, quantò magis mutationi, variationique huius mundi inferioris approximantur; tantò minus nobiles omni ratione ſint appellandi.

5 Nec neceſſe erat, vt primo Cœlo adderetur ſignum aliquod nobilitatis, cum illud ſit ita proximum eius Factori; ideòque abſque alio ſigno, vt nobile cognitum. Octauæ autem ſphæræ, vtpotè nobiliſſimæ, ſed non ità Dei throno proximæ, poſuit Dominus tot ſigna magnitudinis, & excellentiæ, tot ſplendores, tot lumina, & ſtellas, vniuerſum illuſtrantes. Et ne cogitaremus, alios Cœlos, quòd ſint inferiores nobiles non eſſe; poſuit in quolibet ipſorum lumen, ſtellam ad inſtar militaris ſigni, oſtedentis, quod quamuis illud Cœlum ſit inferius, nec ſit ſupremæ nobilitatis, attamen nobile; quia plus & minus, nobilem conditionem non mutant.

6 Immò

6 Immo ille magnus Opifex ad oſtendendum aliquando, hominem non ita nobilem, habentem tamen in ſe qualitates admodùm illuſtres, præferri nobiliori; poſuit inter Cœlos inferiores Solem, & in vltimo loco Lunam, qui (præter quantitates magnas corporum ipſorum, quæ nobis patent) ita diu, noctuque mundô deſeruiunt, vt planetas ſuperiores, & eminentiores, nobiliori loco ſitos, antecellant.

7 Hoc quoque oſtendidit ille magnus Deus creando hominem, marem et fœminam, origine nobiles: ſiquidem ambo fuerunt opera diuinarum manuum, quæ imagine, ſuaque ſimilitudine decorata, inæquali tamen nobilitate impertiuit, iubendo, marem eſſe ſuperiorem mulieri, & ad oſtendendum, vnde homo ſuam traheret nobilitatem, inſufflauit in illum ſpiraculum vitæ, cum quo hauſit homo rerum omnium cognitionem: vt ſciamus quod ſcientiæ quæ maribus conueniunt, ſunt præcipuæ rationes nobilitatis ipſorum. Dedit poſtea vtrique poteſtatem, ac dominium ſuper omnia inferiora, & regendi, gubernandique alia animalia; ita vt robur, quod armis oſtenditur, & diuitiæ quoque, ſint fontes, origineſque nobilitatis.

8 Ita igitur ſicuti Cherubin, aut Seraphin dicere non poſſet Angelo inferiori, Tu non es Angelus, quia inferioris Hierarchiæ, aut vltimi ordinis illius, nec octaua ſphæra, Lunæ, aut Mercurio; Tu non es Cœlum, neque Stella, quia in inferiori circulo permanes; nec Adam mulieri, Tu non es nobilis, nec à Deo creata, quia mihi inferior; ita quoque non poſſet aliquis nobilitatis illuſtris alicui minoris gradus dicere, Tu non es nobilis; poterit tamen dicere: Tu non es tantæ nobilitatis, ac magnitudinis, vt ego, ſed non dicere, quod non ſit pœnitus nobilis.

9 Et ſi peccatum, ſicuti fuit cauſa perditionis huma-

Digitized by Google

næ,in totum,aut in partem, dotium a Deo elargitarum, non ſubtraxiſſet quoque illam magnitudinem, & excellentiam, in quibus fuit homo creatus; nulli dubium eſt quin totum genus humanum, ſemper nobile permanſiſſet;nec homines compulſi eſſent ad recuperandam totis viribus nobilitatem illam, quam Adam, vix receptam, amiſit;ideòque eiſdem medijs in creatione a Deo demõſtratis, coacti ſunt, coguntur omnes ij, & enixè operam dabunt,qui ſpiritum habent, aut veri hominis eſſentiam, ita ſe ipſos nobilitando, aut nobilibus actibus inſiſtendo,ſi nobiles nati; vnde illa continuata nobilitas fuiſſet in omnibus;ſicuti hodie nobilitas non reperitur,quæ non incipiat;aut quę originem non habuerit.

10 Hinc apud me maximum eſt diſcrimen inter nobilitatem familiæ, & nobilitatem perſonæ; quia illa eſt continuata per notabile temporis interuallum; & iſta incipit ab hoc homine.Vnde valdè decipitur vulgus,& maior etiam pars non infima noſtri Regni: in cuius Ciuitatibus,Terris,& Caſtris,omnis Doctor, aut Miles admittitur indifferenter, pro Nobili, quæ nobilitas eſt perſonæ, non autem ſuæ familiæ: cum iſti ſint verè nobiles in ſua perſona,& quidem nobilitas vera eſt,quia acquiſita omni ſudore,& labore;attamen extendi,ampliarique ad Familiã,nõ poteſt;præter quã ſi poſteritas eorũ ſeruando ſe,ac permanendo nobilibus in exercitijs,nobiliterq; viuendo, ſaltẽ,per cẽtũ perſeueraret annos:* tunc omni procul dubio dici poſſet, & appellari Familia, ſiue domus nobilis.

11 Itàut nulli patens non ſit, quin ſecundum ordines Legis communis filij Doctorum cuiuſcunque profeſſionis,ſint nobiles,dummodo paterna exempla ſectentur,

ita

* *Licet Franciſcus de Petris in lib.1.Feſtiu.lect.c.7.fol.100.n.39.dicat in Regno ſapientiſſimo Roberto Rege regnante,ſancitum eſſe,ut qui per 30.continentes annos nobilem vitam duxerit,nobilitatem præſcripſiſſe,& allegat Archiu.Regiæ Siclæ 1316.ind.15.C fol.205.à ter.*

ita virtutibus,ſicuti nobiliter viuendo,ſuſtinendoque nobilitatis honorem, & lumen quibus enutriti, ſub vmbra fuere parentum, & Doctoribus, hominibuſque militaribus ſupradictis adæquabitur,ſiue conueniet, meo iudicio,vox illa, nobilis, ideſt non vilis; quotieſcunque non ſunt magnę excellentię: vnde tantum erit appellare iſtos nobiles,quantum,non viles,non plebeios, non obſcuros.

12 Sed ſi erit Doctor,in ſua profeſſione magnę qualitatis;aut miles maximę exiſtimationis, ſicut & illi, qui clara familia geniti ſunt, nobiles dicentur altiori modo, ac maiori explicatione;quia talis vox ipſis benè conuenit, vti optimè ſcripſerunt Caſſaneus, Tiraquellus, Venerius, & nouiſſimè Camutius,Otalora,Oſorius,Eſcobar,Garſia, Turturetus in tract.de nobilit.cum cogniti ſint clari, illuſtres,& maxima fama; ideòq; tali ſenſu ampliari etiā poteſt ad facinoroſos,famigeratos tamen(licèt memoria ſceleris fama non ſit; memoria verò illuſtrium facinorum re vera,& fama,& gloria) a quibus, vt differentia intercedat, poteſt addi, quod nobilitas benè in hoc conſiſtit,vt quis cognoſcatur,ſed cum laude.

13 Et quia literę, arma, & diuitię agnoſcere faciunt homines,& familias laudatione;propterea ab iſtis tribus capitibus,vti à tribus fontibus,originem trahit omnis nobilitas; benè verum eſt, quod nobilitas, quę ex diuitijs prouenit,tanquam a rebus homini extrinſecis,eſt inferioris gradus;illa verò,quę deuenit ab armis,licèt animi magnitudine acquiratur, quę intrinſica res eſt,ac hominum propria;attamen eſt cum proximi iactura; alterius hominis offenſione, & ſępè Dei; ſed literarum nobilitas omnibus prodeſt,nemini nocet,ab omnibus colitur,amatur, omnibus cara;ab omnibus laudata.

14 Hinc eſt, vt Ciuitates, & Patriæ, vbi ſunt familie, aut homines magnarum diuitiarum; aut clari, & illu-

illuſtres armis, aut literis, efficiantur quoque illę clarę, & illuſtres, quia illi inibi nati; aut electione, domicilium ſibi ipſis conſtituerunt. At non ideò ſunt iſtę tantummodò conditiones, vt opinor, quę Patrijs, & locis dant vocem, & famam, ex quibus nobiles redduntur; ſed multę alię cũ iſtis. Nec ego loquar hic vti Philoſophus coarctando ſermonem aliquibus paruis conditionibus, libertatis, ingenuitatis, antiquitatis, multitudinis, & ſimilium; ſed ampliando rem, vti ille, qui omnibus adloquor, non paucis; & opto ab omnibus, intelligi: mihi propono quatuor fontes, vnde multi proueniunt riuuli, qui omnes nobilitatem afferunt, non ſolum familijs, aut hominibus (nam de hoc ſatis ſupra dictũ eſt) ſed locis, Ciuitatibus, aut Patrijs; & ſunt, natura, electio, artificium, & contingentia.

An natus in Patria Illuſtri, reddatur laudabilis. Prælud. II.

1 BEnè ſcimus non defuiſſe, qui dixerint, Patrias non debere vllo modo nobiles appellari, quia de ſe ipſis nullam aliam nobilitatem habent, quam illam, quę ipſiſmet ab hominibus prouenit, cum homines illuſtrent loca, & non patriæ, vbi illi oriuntur, vti inter alios dixit Galenus in ſua exhortatione ad artes liberales: ſiquidem Stagires nunquam fuiſſet celebrata, niſi ob Ariſtotilem eius Ciuem; nec Ciuitas Athenienſis eſſet celeberrima, niſi gloria illuſtrium Ciuium illius; tamen ego reperio multos magni nominis ſcriptores, appellantes Ciuitates, & loca nobilia, ac clara ab ipſis.

2 Vnde Saluſtius tertio capite ſeptimi libri, appellauit Lanzacum oppidum vetuſta nobilitate inclytũ, quod no-

nobile quoque fuit dictum à Cicerone in tertia actione contra Verrem, qui etiam in oratione contra Piſonem appellauit nobilem Ciuitatem Lepanti; & Liuius in ſexto libro belli punici dedit titulum nobilis, tam Capuæ quam Syracuſis, & Plinius quoque in tertio libro hiſtoriæ naturalis capite 11. dixit Brunduſium eſſe Ciuitatem nobilem, & in ſexto, capite 25. Nizzam. Iuſtinus etiam nono libro nobilem appellauit Bizãtium, quod eſt hodie Conſtantinopolis, & in 35. Ciuitatem Damaſci; ſicuti Seneca in ſexto libro quęſtionum naturalium dixit nobilem Ciuitatem Nicopolis, vt alios prętermittã breuitatis cauſa.

3 Nec ſolum Ciuitates, & loca habitata, ſed ſyluæ quoque videntur appellari nobiles à Cicerone in octaua epiſtola duodecimi libri ad Atticum, & hoc eſt ita verum, vt voluerit Gloſſa in lege prima Codicis de primatu Alexandriæ lib. 11. quod homo minus nobilis, Ciuitatis nobiliſſimę, pręferatur nobiliori, Patrię minus nobilis. Vnde Bartholus, aliique Doctores concluſerunt, melius eſſe naſci mediocrem Ciuem in Ciuitate nobili, quam principalem in mediocri. Ex quo Lucas de Penna voluit in lege mulieres lib. 12. Codicis, & ſub titulo de dignitatibus Ciuem natum in ſplendida Ciuitate, & illuſtri, eſſe nobilem.

4 Sed hic obiter notandum eſt, non eſſe vilipendendos illos nobiles natos in aliquibus celeberrimis Ciuitatibus, antiquitate, magnificentia nemini ſecundis, ſub prætextu non adeſſe ſeparationem nobilitatis e populo illis in locis; nec ſemper præferendos illos a ſedilibus tanquam à populo ſeiunctos exiſtentes; quia multotiès obſeruauimus quaſdam familias ob Magiſtratus, aliaſque dignitates, cęteris ſedilium ſplendorem iactantibus, anteire, ac illorum aggregationem parùm curantes.

5 Et iſta nobilitas locorum eſt ità vera, vt lex Cano-

nica,

nica,hoc quoque confirmet in Capitulo Epiſcopus, quæſtione prima , ſeptimæ diſtinctionis , dum dicit Epiſcopum non debere ambitionis cauſa tranſire de loco , aut Ciuitate ignobili ad nobilem. Et Simonides,aliique Græci ſcriptores felicitati attribuerunt natiuitates in Ciuitatibus nobilibus,& glorioſis; & Cicero in tertio libro Rethorices, repoſuit inter bona extrinſica fortunę,quia laus hominibus prouenit a Patria illuſtri, & clara . Et certè poſtquam aliqua Ciuitas celebris, ac ſplendida reddita eſt qualibet ratione, affert ſplendorem cuique, ibi nato; ideòque ille redditur laudabilis a patria. Bene verum eſt, quod maioris vilitatis culpandus eſt ille , ac vituperio dignus oſtenditur,qui per ſocordiam,aut alijs criminibus a ſuæ Patriæ magnitudine ; aut a ſuorum progenitorum virtutibus degenerat.

6 Igitur ſi loca dicta ſunt nobilia, quæro,ex quo acquirunt nobilitatem ? certè,vt opinor,alium ſplendorem, & claritudinem cumulare non poſſumus , niſi quæ a natura,electione,artificio,& a contingentia,diuerſimodè illis donata eſt, vti dicebam; licèt ſit verum , aliquos effectus ſæpè non vni huius occaſionis debere attribui ; ſed pluribus ; & multòties omnibus vniformiter, ſicut in diſcurſu alterius prędudij videbitur.

7 Nec mihi paruæ intelligentiæ imputetur,ſi naturæ dotes potiùs nobilitati,ſplendori, & magnificentiæ attribui,quàm commoditati,aut vtilitati, prout ſunt territorii fertilitas,aeris ſalubritas, ſitus felicitas ad aſpectum præclari, maris venuſtas, & ſimilia: nam qui benè perſpicit, iudicabit, has dotes clamorem facere, ac famam, cognitionemque dare locis;& ſi nobilitas conſiſtit in eo,vt quis cognoſcatur cum laude : certè nobilem reddunt Patriam hæ naturales conditiones.

8 Si igitur æs nobilem reddidit Ciuitatem Corinthi, apud

Digitized by Google

apud Ouidium in ſexto libro Metamorphoſeos, & apud Plinium capite 18. tertij libri, marmor inſulam Pari, & vinum Caſtrum Bucini, & Ciuitas Lisbonæ in Portugalia, ab eodem nobilis appellata, ob equas, quæ ibi naſcuntur in quarto libro capite 22. & in quinto libro capite 11. nominauit Arabiam nobilem ob montem Caſium, & Vticã capite 19. ob purpuram; & Ciuitatem Zeogmæ ob tranſitum fluminis Euphratis: vbi in ſequenti capite appellat Ciuitatem Palmiræ nobilem ob ſitum; & antea in quinto capite tertij libri Caſtrum Liuij nobile ob portum denominauerat.

10 Et ſi apud Martialem Apulea eſt repoſita in primo nobilitatis gradu, & Ciuitas Parmenſis in Gallia Ciſalpina in ſecundo ob pulchras pecudum lanas: quis inficias ibit loca appellati debere nobilia ob dotes à natura receptas?

11 Et alia ratione quoque quid dicendum, ob hominum nobilitatem, familiarumque inde originem trahentium? quid inde ob virorum illuſtrium electionem, qui ibidem domicilium habent? diuerſaque opificia quibus aſſiduè Patriæ illuſtrantur, quam magnum dant clamorem, ac famam locis?

12 Ità quoque notabilia, quæ in dies abſque cogitatione emergunt, ſunt omnia rationes eorum maioris cognitionis cum laude: mihi videtur clariſſimum, & iſs omnibus, qui ſapiunt optimè cognitum; ac plura verba erogare, ſuperuacaneum. Quando igitur verè natura, & alij tres fontes iam dicti, loca, & Ciuitates nobilitent, procedamus ad alia.

Qui Nobiles noui, & ignobiles fuerint. Prælud. III.

1 NObiles, apud Romanos dicebantur, qui maiorum ſuorum imagines habebant: qui ſuas tãtùm, non autem maiorum etiam ſuorum imagines habebant, noui: qui verò nec maiorum, nec ſuas habebant, ignobiles appellabantur.

2 Itaut ius imaginum nihil aliud eſſet, quàm ius nobilitatis, ſed vt clariùs intelligatur, quid ſit habere imagines, prius quid imago fuerit, declarandum erit.

3 Imago, vt Polybius libro ſexto inquit, eſt inſignis alicuius viri ſimulacrum, oris ſimilitudinem artificiosè effictam coloribus, pigmentiſque adumbratam, referens, quod in inſigniori, & celebriori domus parte, ligneo armario includebant. Hæc ille.

4 Non autem omnibus imaginem ſui ponere licebat; ſed ijs tantum, qui magiſtratus curules geſſiſſent: (curules magiſtratus appellati ſunt, quia curru vehebantur, Feſt. in ver. curules fol. 45.) quales fuerunt primùm Ædiles curules, prætores, cenſores, & conſules.

5 Cumque hi magiſtratus primum ſolis patricijs patuerint, ſequitur etiam patricios primùm ſolos ius imaginis habuiſſe. Poſtquam autem hi honores plebi communicati ſunt, eos ius ponendi imaginem ſimul accepiſſe, dubium non eſt.

6 . Cęterùm & hoc obſeruandum de imaginibus Romanos feſtis diebus, apertis armarijs, illas exornaſſe; cumque ex domeſticis, quiſpiam eſſet mortuus, eas in funere extuliſſe: addito vt magnitudine, quam ſimillimæ apparerent, reliquo corporis trunco: veſtibus autem exornatas: ſi Conſulares, aut cum imperio fuiſſent, prætextis:

textis: ſi cenſorij,purpureis: ſi triumphales,auro intertextis;atque curru, faſcibus, & ſecuribus, alijſque magiſtratuum inſignibus prælatis in roſtra eſſe perlatas, vt Polybius loco ſupra citato adnotat.

7 Cum quo conſentit Plinius,cuius inſignem locum ex libro 35. capite ſecundo, quia hunc Polybij elegánter explicat etiam adſcribam, ſic autem inquit: Aliter apud maiores in atrijs hæ(imagines)erant quæ ſpectarentur nō ſigna externorum artificum,nec ærea, aut marmorea expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs, vt eſſent imagines,quæ comitarentur gentilia funera,ſemperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat,populus, ſtemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.Tablina codicibus implebantur a monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.Aliæ in foribus, & circa limina animorum ingentium imagines erant affixis hoſtium ſpolijs, quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Hæc Plinius.

8 Et eiuſmodi maiorum imagines cum titulis ſuis in prima ædium parte,poni ſolitas,vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur, docet Valerius.

9 Ex his intelligi datur nobiles eos dictos, qui maiorum ſuorum imagines haberent,ideſt quorum maiores magiſtratus curules geſſiſſent: nouos autem,qui ſuas tantum imagines haberent, hoc eſt quorum maiores, nullos magiſtratus curules ipſi geſſiſſent: quorum autem,neque maiores,neque ipſi magiſtratus curules geſſerant,ij ignobiles erant,& dicebantur.

10 Et idem Plinius libro trigeſimo quarto, capite ſexto ſcribit, ſtatuas circa forum omnes, quæ non eſſent populi,aut Senatus ſententia poſitæ, per cenſores ſubla-

Digitized by Google

tas fuiſſe,ne ſcilicet quis temerè ſibi honores, & eorum inſignia vindicaret.

11 Et hic ex iſta Plinij ſententia colligerem Inſcriptiones quoque,& Epitaphia omnia ante quam inciſa, & in publicum appoſita,per cenſores,obſeruari ſolita, quod ſi tēporibus noſtris, & apud noſtros Chriſti fideles in Sacroſanctis Eccleſiis,publicis in locis, ac priuatis,vbi maiorum imagines ſplendidè cū inſcriptionibus, oſtenduntur,eſſent quoque hodie cenſores, optimum Reipublicæ forent.

12 Vtile eſt homines nobiles in Ciuitatibus eſſe, quibus & domi dignitas, & foris auctoritas retinetur; & decorum eſt, vt iuuenibus clariſſimæ gentis, quos hominum opinioni ipſa blanda conciliatrix nobilitas commēdat,debitorum generi honorum aditus ſint faciliores: ſi tamen (quod alibi monere meminimus a Valerio Maximo libro tertio, capite quarto) *Acceptam a maioribus lucem in tenebras non conuertant: ſed cogitent qui ſint, quo loco nati, quid reddere maioribus ſuis debeant.*

13 Qua propter qui nobiles ſunt: ad maiorum ſuorum imitationem honoribus mandandis excitandi ſunt, vt non diuitijs,aut ſuperbia, (communi nobilitatis malo) ſed bona fama factiſque fortibus, nobilis ignobilem antecellat,iuxta Salluſtij ſententiam; qui verò obſcuris orti maioribus, ingenio & virtute nobilitatem poſſunt conſequi ad eam rationem, in qua multi homines noui, & honore,& gloria floruerunt cohortandi ſunt,vt per virtutem nobilitatem anteueniant: ita viuant, vt familiam ſuam obſcuram in lucem vocent: ſint poſteris ſuis nobilitatis initium, & virtutis exemplum, vt Tullianum illud meritò ſuo vſurpare poſſint: meis maioribus ego virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerint a me accipiant initium memoriæ ſuæ: non omnes poſſumus eſſe patricij:

for-

Digitized by Google

ſortimur genus, non eligimus, iuxta Quintilianum declamatione tercenteſima nonageſimā octaua, & hæc ex Roſino, Dempſtero, & Brantio obiter tetigiſſe, ſeu deſcripſiſſe ſufficiat.

De celeberrimæ Vrbis Neapolis Origine. Prælud. IV.

1 NEapolitana Ciuitas, vti ſplendidè ab eius principibus, & primordio ædificata, ità nunquam degenerādo a primo ſplendore ſub quocunq; regimine, non ſolum in priſca nobilitate permanſit; ſed quod magis mirum eſt, ſemper viſa fuit magnificentijs, magnitudinibus innumerabilibus repleta, omnibus illis conditionibus, quæ ipſam ſublimare poterant; itaut nil aliud deſiderari queat, quod maioritatem, aut ſplendorem clariorem afferat, mutua contentione quotidiè conſpicitur maior colluctatio naturæ, cum electione, & illius cum artificio, & horum omnium cum cōtingentia, quę maximè valeat illam illuſtrare, ac in ſplendoris vertice reponere, vt poſita quaſi ſpeculum aliarum nobilium Ciuitatum ſe ipſa ſola, ſuam nobilitatem exprimat: cum quod ſparſim à prædictis quatuor rationibus donatum alijs aſpicitur, totum in hac vna compendiatum reperiatur, tam egregiè, vt ſimulacrum nobiliſſimarum Ciuitatum omni iure dici poſſit; ac illa vrbs nobilis quoque appellari debeat, quæ huic proximiorem ſe habeat magnitudini, ac excellentiæ.

2 Sed quamuis celebris ſit, & ab omnibus cognita, Neapolitana magnificentia, ſiuè velint, ſiuè nolint eius æmulatores veritatem confiteri coguntur; attamen in quibus præcipuè conditionibus magnitudo, ac ſplendor huius

ius Ciuitatis exiſtant, non ita cognitum, nec omnes ſciũt quot gratias ſuperaffluentes receperit Neapolis ab omnium Motore.

3 Hinc eſt, vt multum debeatur huic Ciuitati, ſemper Illuſtriſſimæ, quæ ſolo nomine honorem toto Regno tribuit: ſiquidem ſi benè conſideretur, duo tantummodo ſunt Regna celeberrima, quæ à Ciuitate ſunt appellata: de alijs bene dicitur, Regnum Hiſpaniæ, Regnum Gallię, & ſimilia, ſumpto nomine a Prouincijs, aut a toto Regno; ſed a Ciuitate, denominata ſunt tantummodo, illud Hieruſalem, vti ab vrbe tantæ exiſtimationis, in qua mundi Dominus dignatus eſt perambulare, ſalutemque humanam operari; & iſtud Neapolis: prærogatiua ſingularis, & conſideratione digna.

4 Nam conſiderandum eſt, quod noſtrum Regnum, ſiue Regni Populi ſtatim à quolibet cuiuſcunque nationis pronuncietur, de iſto noſtro quaſi per excellentiam, & antonomaſiam, intelligitur, id quod nulli conceſſum eſt; & vſus iſte progreſſus eſt multis rationibus; ac inter principales erit, quod noſtrũ Regnum in ſe continet Prouincias, quæ aliàs fuerunt Regna, ſicuti Apulea, Lucania; ideòque dicta, Græco Idiomate, Baſilicata, & alia.

5 Vlterius ſi communi omnium opinione Italia eſt optima vniuerſi pars: vbi aſſiduè continuata naturæ colluctatio cum fortuna cernitur, Regnum Neapolis pręterquamquod delicioſiſſimum totius Italiæ, & poſtea ſolum Regnum in illa, dum nemo enim ignorat, non adeſſe aliud Regnum Italicum niſi iſtud; vnde magna ratione quando dicitur Regnum, ſubintelligitur hoc noſtrum vti vnicum, maioriſque qualitatis, quia Regnum eſt Italiæ.

6 Hìnc eſt, vt in communi, & vulgari hominum ſermone aſpiciantur ferè naturæ ordine, ac veritatis impulſu alia Regna, humili, & obſequioſo receſſu, huic Neapolita-

no

Digitized by Google

no Regno cedere tantum Regni nomen; vnde dum officia ſuprema nominantur; aut alia illorum; dicitur Admiratus Caſtiliæ, non Regni Caſtiliæ: Comeſtabilis Galliæ,non autem Regni Galliæ;& ſic de reliquis,at dum loquimur de noſtris dicimus: Magnus Iuſtitiarius Regni, Magnus Cancellarius Regni,Magnus Siniſcalcus Regni, & ſic de ſingulis, quaſi tacitè in hoc demonſtrando huius noſtri maioritatem, & ſicuti ei conueniat ratione primatus,ita ſplendidum,ac honoratum Regni nomen.

7 Sed vt exordiar,ne plus aberret oratio, iuxta iam dicta principia;mihi ſanè videtur natura mirabiliter illuſtraſſe Neapolim, quia aliqua dos naturalis in alijs Ciuitatibus non aſpicitur,quæ in iſta non reperiatur; quæque eſt ita fœcunda, tam illarum rerum, quæ delicijs fauent; quam illarum,quæ neceſſaria fouent,nec credo,quod ſub cœlo ſit locus, cui ita vniformiter natura omnia ſua opera,ſic eleganter oſtendat,ſicuti in Neapolitana Ciuitate: vbi potimur, tam pulchra cœli ſalubritate, vt potius perpetuum ver,quàm diuerſitas temporum eſſe videatur.

8 Nec ego verè diſcernere poſſem, quādo ſit hyems, ſicuti multis alijs in locis contentione,moleſtiaque habitantium agnoſcitur;nec id ſolum verificatur,quoad qualitates,prout ſunt extremum frigus, aut exuberans calor; ſed etiam quoad effectus. Vnde non eſt menſis in toto anni curriculo,in quo non aſpiciantur flores; & adulta iam hyeme, magna cœli temperantia viſuntur in illa fructus cuiuſcunque temporis, res certè magnæ admirationis,& alibi vix credenda.

9 Vnde ego ignorarem, an Aſtrologia diſcernere poſſet,quis planetarum aſpectus, aut ſtellarum fixarum cœteris melior ſit generationi, & rerum conſeruationi ſuper iſta Ciuitate, quia in hoc eſt quaſi ſemper vniformis.

10 Ax-

10 Additur poſtea maris opportunitas venuſta,quod ob eius admirandam qualitatem deſcriptum dignoſcitur à multis illuſtribus Scriptoribus;& cum ſit tam amplum, placidum,& circulare appellauere naturæ cratéra; vnde Crateram Neapolitanam indigitarunt Strabo in quinto ſuæ Geographiæ,Polybius,& alij.

11 Et eſt ita pulchrum, blandum in omnibus ſuis partibus circum circa Vrbem,mare Tyrrhenum,vt ſi mihi poeticè hic loqui liceret,& non hiſtoricè, demonſtrarem illud clariſſima experimenta oſtendere ſe amore pulcherrimæ Virginis Parthenopes eſſe captum, quæ dedit nomen,ſiuè numen Neapoli.

De vbertate, ac felicitate Neapolis. Prælud. V.

1 TErræ fertilitas eſt pluſquam nota,quia Plinius in ſecundo capite lib. 14. cum admiratione de ipſa loquitur,quando de vuis ſcribit,& vini copia.Admiratur Leander Albertus in ſua Italiæ deſcriptione,dum conſiderat in his locis, & in eiſdem agris adeſſe tantum fruméti,ac fruguum vbertatem ſimul cum vino,& arbores tam proceras,ſublimes tot vites ſubſtinentes æſtiuo calore vmbram gerentes, ac ſummam vini copiam vindemiarum tempore producentes. Vnde ille,qui vtrumque ignorabat,huc veniendo,effectibus obſtupefactus remanſit , ac admiratione attonitus, quando de Neapolitana Ciuitate loquitur, largè ſcribit, ac agnouit Plinium eſſe veridicum iudicantem hic magis, quàm alibi naturam hilarem eſſe, ac ſuis operibus gaudere : ideòque poſuit felicem illam altercationem, quam hic faciunt ceres,& bacchus, cum illa vti fruguum in-

inuentrix,& iſte tanquam vini repertor ad inuicem æmulentur, ijs in locis vter magnitudine artificij præcellat alteri.

2 Vnde ante Plinium admirati ſunt Dionyſius Alicarnaſſenſis ſcriptor Græcus in primo libro hiſtoriæ Romanæ, Liuius, Strabo, & alij, vbi has plagas, tam frugiferas aſpexerunt, quæ eodem in anno ab eodem agro tres fructuum ſpecies colliguntur, ac omnes differenter: alij ab ineunte vere, alij ineunte æſtate, alijque in auctumno: itaut omnes vnico ore concludant, iſtam eſſe nobiliſſimã, vberrimam, pulcherrimamque mundi regionem.

3 Et Lucius Florus in primo libro deſcribendo bellum Samniticum eſtaticè dixit: *Omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt, nihil mollius cœlo: denique bis floribus vernat, nihil vberius ſolo, nihil hoſpitalius mari, hic illi nobiles portus, Caieta, Miſenus, & tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus, & Auernus quædam maris ocia, hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus omnium Veſuuius, Ætnæi ignis imitator, &c.*

4 Num ob hoc veteres Romani arbitrati sũt Cereris Sacerdotiſſas fuiſſe Neapolitanas? vt ſcribit Cicero in oratione, pro Cornelio Balbo; ideòque appellabant hos agros arx, & refugium vectigalis Italiæ, prout idem Marcus Tullius declarauit in octaua Philippica.

5 Hinc poſtea recentioribus temporibus ſcripſit Ioannes Antonius Campanus Epiſcopus Interamnenſis, ſiue Aprutinus in octaua epiſtola primi libri: Neapolis vna eſt totius Italiæ Ciuitas abundantiſſima, maritimis importationibus, & ſoli beatitudine, vt quieius vrbis delectatione non capiatur, cœteras poſſit reliquæ Italiæ faſtidire.

6 Additur vtilitati, quod iſta Ciuitas cum circuitu

C omni-

omnibus illis delicijs affluenter ſit dotata, quæ humana mens in quocunque modo naturaliter expetere, aut excogitare poteſt; vnde ſi in aliquo mundi loco magna magiſtra natura operum ſuorum ambitioſa demonſtratur, iſte certè eſt Neapolis: vbi montes placidi, colles pulchri, valles frugiferæ, agri floridi, planities iucundæ, aquæ clariſſimæ, mare blandum, flumen placidiſſimum, ſyluæ denſiſſimæ, loca amœniſſima, ac magnæ voluptatis proſpectus habet ipſa natura ſuis æternis manibus ædificata; vnde Floræ, ac Pomonæ quoque aſſidua cernitur colluctatio.

7 Et vt nihil hic deeſſet, aſpiciuntur locis repoſitis, ſed Neapoli proximioribus naturæ officinæ aromatariæ ob tuendam ſanitatem, & infirmitatum curationem, vt ſunt tot balnea, diuerſa quidem, ſed omnia vtilia, ac proficua: tot loca exhalationum, quas fumarolas à fumo vocitamus, quæ a terræ gremio, naturali opificio, at admirando, nullo puncto temporis intermiſſo, conſpiciuntur: tot arenæ varijs in locis circum circa crateram, quæ ſalutem hominibus afferunt.

8 Vnde reddita eſt Neapolis magni nominis, cognita quoque a barbaris nationibus, vt ad hunc finem quotidiè de remotioribus locis huc aduenientibus, clarè demonſtratur; ac magna ratione Hieronymus Angerianus Poeta celebris deſcribendo hanc ſuam Patriam lepidè concluſit hoc diſtichon:

Fons, mare, ſylua, lacus, mons, horti, balnea, campi,
Flumina: ſunt vna hac nomine Parthenope.

9 Coacti igitur obligatione Equites Romani, aliique viri illuſtres poſt habenas ſuis ambitionibus poſitas, defeſſi iam aſſiduis laboribus, quos magnitudininis deſideria, ac mundi gubernatio ſecum ducunt: illecti huius cœli amœnitate, ac horum locorum ſuauitate, ad has oras,

ſicuti

ſicuti ad tutum otium ſe ipſos reduxere; aut literis operam dandi, quibus huius cœli Neapolitani clementia eſt admodum apta; aut vltimum ſenectutis curriculum pacificè, delicioſeque viuendi gratia.

10 Hic ſunt Luculli horti, Marci Tullij Ciceronis villa, Coccei admirandum antrum: hic Buccolica ſcripta, ac Virgilij ſepulchrum, Hircij prædium, Pompei porticus, Caligulæque pons. Hic Pollionis deliciæ in Pauſilypo, Cęſaris piſcina a Columella deſcripta, ac Neronis altera. Hic quoque mors Plinii, Tyberiique deliciæ Capreis; ac templa, mauſulea, palatia, ac theatra a Mammea peracta, ab Hadriano, Auguſto, ab aliis; ac innumerabilia eorum opera, quæ non obſtantibus maris gurgitibus, & temporis dentibus, vel ſemiſepulta fidem faciunt, non tam locorum qualitatis, quam magnitudinis illorum, qui tum loca tenebant.

11 Ratione igitur hæc Prouincia, tam illuſtres, ac honorandos titulos apud omnes priſcos Auctores recepit. Vnde nunc terra laboris fuit appellata, ſicuti illa, cui concurrit natura cum artificio, pluſquam alibi ad opus, tam vtile, ac fœcundum. Nunc fuit dicta Campanica felix ob aeris amœnitatem, ob temperiem delicioſam, agrorum vbertatem, ac ſitus feliciratem.

12 Fuit quoqua denominata Campanea vetus, ſiquidem Campaneæ nomen, non abſque aliqua æmulatione fuit quoque datum Prouinciæ Romanæ: & huic Ciuitati præcipuè nomen Neapolis, licet alia ratione fuerit impoſitum, vt infra dicam: videtur cœli permiſſione ob eius præcipuas dotes illi donatum fuiſſe; quòd ſi Neapolis, Ciuitatem nouam ſonat, non eſt iſta Ciuitas tam recens, licèt tempore antiqua, vt æqualem inueniat prout hactenus dixi, & alibi ad ſatietatem, Deo dante dixerim.

13 Et ne longe aberrem a meis primis principiis, in

paruum faſciculum collegi alias admirandas conditiones, ac naturæ dotes largiſſimo circuitu illuſtris,ac celebris Ciuitatis diſtributas alibi propagandum , & ad electionem propoſitam deuenio , tanquam ſecundam originem nobilitatis locorum, res multò maior, & longioris moræ,prout vſque nunc de natura,verba feci.

Quando,et à quibus fuerit ædificata Neapolis. Prælud. VI.

1 ID quod in primis conſiderandum eſt in iſta parte mei aſſumpti,ac videndum,an opera nobilium,& illuſtrium,nobilia, & illuſtria appellari debeant. Cum fuerint itàque nobiliſſimi , & illuſtriſſimi ij, qui propria voluntate principia dederunt huic Ciuitati, electione quoque nobiliſſima , ac illuſtriſſima appellari debent.Sed hic tria agnoſcenda ſunt:primum, qui fuerũt ii,qui Neapolim ædificarunt.Secundò quando fundamẽta iecerunt;poſtremò vnde ſumpſit hoc nomen, cum in his rebus quamplurimæ varietates , ac differentiæ inter illos,qui ſcripſerunt,obſeruentur: occaſio vltra temporis diuturnitatem,maioris obſcuritatis,ſiue confuſionis.

2 Nec poteſt primo loco , vllo pacto verum eſſe id, quod ſcriptum reperitur apud priſcum expoſitorem Licofronis, Neapolim fuiſſe ædificatam a Fallare Siciliæ Tyranno, cum iſte in ſua tyrannide vixerit tempore Anci Martii quarti Romanorum Regis,vt notant Euſebius, ac alii;& Neapolis fuerit fundata multo antè Romulum, vt infra videbimus,eſt igitur cogitatio illa falſa, cum aliud ſimile documentum non legatur , nec apud ſcriptores vitæ illius tyranni,nec apud tot Hiſtoricos,qui de hac Ciuitate typis monumenta deuulgarunt.

3 Vo-

3 Voluerunt poſtea alii, quod Neapolis a Diomede Græco, & a Socijs ædificata fuerit in regreſſu belli Troiani, vt ſcripſit Philippus Bergomenſis in quarto libro ſupplementi hiſtoriarum; ſiquidem ille tunc ædificauit quoque Ciuitatem Brunduſinam, ac moram fecit in Inſula Diomedea, vbi ipſe ſepultus prope Montem Garganum, qui nunc Mons Sancti Angeli dicitur; ſicut illa Inſula temporibus noſtris, Tremitana, denominata eſt, & ſi verum fuiſſet Neapolim à Diomede habuiſſe principium, fuiſſet ſecundum iſtos MCLXIII. antè Natiuitatem Saluatoris, ac quadringentos, & duodecim antè quam Romulus Romam ædificaſſet, ſiue reſtauraſſet.

4 Si verum quoque eſſet illud, quod ſcripſerũt Diodorus Siculus, & Oppianus Herculem plantaſſe hanc Ciuitatem ab Hiſpania cum armentis redeũtem, foret Neapolis antiquior, cum ille floruerit *69.* annis antè bellum Troianum, vt ex Euſebio colligitur in libro temporum; ſed magis communis, ac vulgata opinio, fuit illa, quam vſque adhuc omnes pro vera habent, ſcilicet Ciuitatem hanc fuiſſe ædificatam a Calcidicibus, & ab illis, qui è Nigroponte venerunt; & à Cuma vetuſtiſſima Ciuitate illius inſulæ, quorum fuit Dux, ſiue Princeps Hippocles, ſicuti Calcidicentium erat Megaſtenes: iſti a ſuis ſedibus profecti peragendi cauſa nouas Græcorum colonias, iuxta illius nationis morem., prædicto Euſebio ſcribente circa annum 25. Regni Dauidis Iudeæ Regis 300. annis antè Romulum, & circa annos 170. poſt captam Troiam ad has aduenientes oras, ædificarunt primo loco Ciuitatem Cumæ; ac proinde cogitãt multi eos paulò poſt, principium dediſſe Neapoli.

5 Huius ſententiæ iudicarunt aliqui fuiſſe Liuium in libro octauo, ac Strabonem in quinto, licet non verè; fuerunt

runt tamen huius opinionis deinde Volateranus in ſexto Geographiæ, Blundus in Campanea felici, Sabellicus in principio tertij libri quintæ Enneadis, Pontanus in fine belli Neapolitani, Villanus in Cronicis Neapolitanis, Ambroſius Leo, qui de eius Patria Nolana ſcripſit, alijque multi, quos breuitatis cauſa omitto.

6 Benè verum eſt, quòd omnes fundantur ſuper auctoritatibus Liuij, & Strabonis, vſque adhuc, vt arbitror, parum intellectis. Benè ſcripſit Græcus Strabo Megaſtenem, & Hippoclem pactionem feciſſe in diſcedendo, hoc modo, vt ſi quam in Italia Ciuitatem fundaſſent, ab altero imponeretur ei nomen Patriæ, & ab alterius Populo diceretur Colonia; profecti igitur propè Campum Flegreum, communi voto ædificarunt illam Ciuitatem, quam Cumam appellauere ab Hippoclis Patria, & Calcidicentium dixere Coloniam.

7 Addunt poſtea omnes ſupra citati Auctores, quòd grauati noui ædificatores Cumani a vicinis Populis, atq; amœnitate ſitus illecti, mariſque cōmoditate in quo ipſi erant nauibus potentes è Græcia ductis, venerunt, vbi erat Sirenæ Parthenopes ſepulchrum, a cuius nomine aliam Ciuitatem denominarunt, quam ibi ædificarunt, & de hoc inter omnes conuenit; ſed poſtea diſcrepant.

8 Nam aliqui volunt, quod ijdem Cumani videntes ſuam priſcam Ciuitatem iam deficiētem primum ſuarum munuum opus, quia iuuenibus placebat Parthenopes habitatio vti locus delicioſior, facto impetu venerunt, eamque deuaſtarunt; vnde illi poſtea morbo confecti, Apollinis oraculo moniti, ſe tot mala pati ob Parthenopes ruinam nec ceſſatura donec reædificaſſent illam; ac proindè reſtauratam, mutato quoque nomine Neapolim, ideſt Ciuitatem nouam appellabant.

9 Præterea ad conſtituendam differentiam à Pa-

le-

lepoli,ideſt a prima Ciuitate primo loco ab ipſis fundata; id quod , vt opinor, eſſe non poteſt, quia nomina, & voces imponuntur locis exiſtentibus, & non illis, qui non extant. Si igitur Ciuitas ab ipſis antea ædificata dicebatur Parthenope, & nō Palepolis,cur poſtea reſtaurata,& appellata Neapolis, Palepolis eſſet dicenda? Si Palepolis antea non erat; & dum illa extitit primò dicebatur Parthenope;non autem Palepolis.

10 Forſitan dicent, quod dum illa fuit in primo eſſe, fuit denominata Parthenope, ſed poſtea reſtaurata Palepolis,& erat illamet,quæ fuit pronunciata Parthenope, & deinde ex illa priſca deuaſtata,Neapolis; vnde nomen Parthenopes,quòd peculiare erat, impoſitum fuit primo loco;illud Neapolis,poſt reędificationem; ſed dum memorabant illam primam Parthenopem,poſt reędificatam Neapolim,Palepolim appellabant.

11 Cuius contrarium inſpicitur in verbis Liuij magni nominis ſcriptoris, qui fidem claram facit, Palepolim,& Neapolim duas fuiſſe Ciuitates,inter ſe diſtinctas, & licet eſſent vnius populi;attamen vtraque inſimul permanebant;vt legitur in octauo libro,vbi ſcribit quòd eodem tempore Neapolis, ac Palepolis erant non admodũ diſtantes. En igitur Neapolis non fuit è ruinis Palepolis ædificata? nec fuit eadem Ciuitas antea deuaſtata , ac poſtea reſtaurata,vt illi dicebant.

12 Vnde alij dictorum Auctorum moti certiori ratione dixerunt , quod multò poſt ædificationem primæ Ciuitatis Parthenopes, tranſitum fecerunt noui habitatores è Cuma ad has oras,& ædificantes aliam Ciuitatem Parthenopæ proximiorem, cui nomen indiderunt Ciuitatis nouæ, voce Neapolis; & primæ mutando nomen, Parthenopes,Palepolim, ideſt Ciuitatem veterem dixerunt,id quod forſitan concedendum eſſet,ſi antea non de-

diſ-

diſſent ædificationem Parthenopes Calcidicibus, & Cumanis, id quod nunquam fuit, vt paulò poſt, & alibi dilucidè videbimus, & hoc eſt quoad ædificationem Neapolis a ſcriptoribus huc vſque dictum reperitur.

Recenſentur opiniones circa Parthenopes ædificationem, cum obſeruationibus. Prælud. VII.

1 AT ego, poſt ſupra citatos in ſuperiori præludio Auctores omnes, vti ille cuius hoc magis intereſt; tum quia Neapolis eſt mea ſecunda Patria; tum etiam ob materias per me aſſumptas, excogitaui ſuper hoc attentè, minutèque verba, tam Græci Strabonis, eſſe perpendenda, qui floruit tempore Cæſaris Auguſti; quam Liuij inter Latinos primarij Hiſtorici, qui ſcripſit ſub Tyberij Cæſaris imperio ferè iiſdē temporibus; ac ſpero forſitan obſcuritatis nebulas rei difficillimæ auferre.

2 Sed antè omnia ſciendum eſt, quod licèt multa a Poetis efficta ſint; ac a priſcis alijs ſcriptoribus, de Syrenibus; attamen Parthenope fuit verè non Syren, ſed mulier, quæ illis temporibus regnauit in Colle, ſuper quo Neapolis fundata eſt, ac in valle illi ſubiecta, & mari, quod collis pedes lambebat, vt optimè oſtendit Pontanus in fine belli Neapolitani: fuerit ne iſta mulier filia Regis Inſulæ Siciliæ, vt aliqui ſcribunt, an Syriaca, ſicut alijs placet, hoc parum intereſt. Sufficit illam fuiſſe Collis Dominam, qui ab altiori Ciuitatis loco vſque ad mare ſuauiter videtur deſcendere: cuius aſcenſus a nobis conſiderari poteſt, cum videantur ab Hoſpitali incurabilium viæ Ciuitatis ſemper decliues; vnde ſi quis menſurare vellet a

locis

locis propè mare altitudinem, vbi repoſitum eſt hoſpitale prædictum, iuſtum collem inueniret, qui ad altitudinem vſque iam dictam erigitur.

3 Scio benè, quod illis temporibus erat mare colli proximior, quod non eſt nunc, artificijs, ac fabricis detractum; & multoties magna loci pars aquis; ſed ſcio etiam, quod vbicunque eſſet mare, vt infra videbimus, ſemper collis fauces lambebat, vt dictum eſt; ex quo poſtea vſque ad ſummitatem extendebatur, itaut aliæ viæ, quæ ob lenitatem agnoſcere nequeunt accliuum, fidem faciant decliuis Sancti Seuerini, Sanctæ Barbaræ, medij Cannonis, Sancti Georgij, Sancti Auguſtini, Peſtaſii, Sancti Petri ad Fuſarellum, & alijs.

4 Sed vt reuertar, vnde aberrauit oratio, Strabo ſcribit, quod ſuo tempore videbatur ſupra iam dicto colle, celebre ſepulchrum Parthenopes, quæ fuerat collis Domina, & totius adiacentis; & hoc ſepulchrum quale fuerit, infra videbimus. Addit poſtea ingenioſus Pontanus, quod propter hunc tumulum, collis erat celeberrimus, quò aſſiduè a varijs mundi locis, naues appellebant; maximè quando ludi in Parthenopes honorem fiebant, vt videbimus; vnde iſte locus nobilis redditus erat, ac vbiq; cognitus.

5 Moram hic fecerunt primis illis temporibus Auſonij, qui ab his locis originem trahebant, appellati alio nomine, Opici, qui poſtea expulſi ab Oſcis anteà propè Padum flumen habitantibus; & iſti deinde a Cumanis extincti, ac ab illis Calcidicenſibus, de quibus ſupra actum eſt, hoc totum elicitur a Tucidide in ſexto, & a Dionyſio Alicarnaſſeo in primo dum ſcribit, Miſenum (a quo mons nomen duxit) mortem obijſſe in opicis, & poſtea in ſeptimo Cumam eſſe in opicis, à Strabone in quinto, vbi id confirmat auctoritate Antioci, ac Polybij, qui clarè di-

cit opicos habitaſſe circum circa crateram,quam,dictum eſt,eſſe mare,quod Neapolim madefacit:a Raphaele Volaterano in ſexto libro Geographiæ, & nouiſſimè à Pontano,ac Leandro Alberto, dum de iſta Prouincia verba faciunt.

6 Nunc ſi ſcire volumus a quo fuit ædificata Ciuitas Parthenopes,poſtea dicta Neapolis,& quando:videamus locum Strabonis principale,vnicum; ac meo iudicio,recõditum ſuper iſto negotio;nec a ſcriptoribus huc vſque obſeruatum, quo maiorem ſplendorem principij huius Ciuitatis inueniemus. Locus eſt in decimoquarto libro Geographiæ,vbi cum loquatur Strabo de Ciuitate, & Inſula Rhodi,de magnitudine, nobilitate, ac potentia Rhodiorum, ita ſcribit eius traductor: Rhodij multis annis antequam olympica inſtituerentur,ad hominum ſalutem nauigabant, vnde & vſque in Iberiam profecti ibi Rhodum condiderunt, poſtea a Maſſilienſibus occupatam, *Apud opicos uerò Parthenopen*,apud Daunios cum Cois Elpias quidam poſt captam Troiam dicunt Inſulas Gymnaſias ab eis habitatas.]

7 A qua auctoritate tria colliguntur ſimul, & primũ Ciuitatem Parthenopes fuiſſe fundatam,vbi erant Populi Opici,qui vt ſupra dictum eſt,erant huius Regionis,deinde fuiſſe ædificatam a Rhodijs apud eius magnam, & immenſam antiquitatem,quia id fuit multò ante bellum Troianum; poſtquam Rhodij moram fecerunt in inſulis Gymnaſiis,quæ ſunt Baleares,iuxta eundem Strabonem, ideſt Maiorica,& Minorica.

8 Erant ijs temporibus Ciues Rhodiani maris Domini potentiſſimi, magnæque nobilitatis, & cum omnes illos Pyratas eieciſſent,qui mare infeſtabant,vt Aſię Domini ita nomen ſuum illuſtrarunt, vt Pindarus Græcus Poeta ad oſtendendum ſummum robur, magnitudinem,

ac

ac illorum felicitatem, ſcripſerit, reliquis mundi locis aquam fluere, Rhodi aurum pluere.

9 Cum igitur mare tutum reddiſſent, Dominique illius effecti, excurrendo ibant nauibus, quibus abundabant, & ita ad has oras peruenerunt, atque ſitu allecti, ædificarunt ſupra collem priſcam Ciuitatem: vbi celebre ſepulchrum illius illuſtriſſimæ mulieris inuenientes, ab eius nomine Parthenopen denominarunt: quò poſtea venientes Oſci, & deinde anno 25. Regni Dauidis ſuperuenientes Ciues Cumæ, & Calcidici a quibus edificata fuit Cuma, vt dictum eſt ſupra, principia dederunt alij Ciuitati, cui nomen Palepolis, non quia eſſet Ciuitas priſca; ſed alia ratione infra dicenda; & cum illa ſufficiens non eſſet ad tot Populos complectendum ſuperuenientes, in Parthenopen irruptionem fecerunt, ex qua eiecerunt Oſcos.

10 Aduenientes poſtea aliqui Ciuitatis Athenienſis primarij (a qua Calcidici etiam originem trahebant, vt infra dicam,) & aliorum quoque locorum, itaut cœperit habitari maxima frequentia ab hominibus magni nominis, & qualitatis, maiori ſplendore; & cum noui eſſent habitatores, nouiſque viuētes magnificētijs, pro Parthenope, Neapolim, ideſt nouam Ciuitatem, nominarunt.

11 Et id quod vſque adhuc dictum, an verum ſit demonſtrabo ijſdem auctoritatibus Strabonis, & Liuij, quibus mundus totus vſque ad præſentem diem, fundatus eſt. Inquit igitur Strabo in quinto, ſiue eius traductor: poſt Dicçarchiam quidem Neapolis eſt Cumanorum; poſtea vero, & Calcidicenſes incoluerunt, & ex Pithecuſis, Atheniſque venientes, vnde, & noua Ciuitas, ideſt Neapolis, appellata fuit, vbi Parthenopes ſepulchrum oſtenditur.

12 Vbi primò conſiderandum eſt, quod cum ille di-

Digitized by Google

cat,poſt Dicęarchiam (ideſt Puteolum, de quo antè loquutus erat) Neapolis eſt Cumanorum, hoc dixit quia in primo libro affatus erat noſtrum mare appellatum fuiſſe, Cumanum,& loca circum circa,poſt eiectos Opicos,Cumanorum dicta;ac etiam,vt differentiam conſtitueret inter hanc Ciuitatem,& illam Aſiæ, quam quoque illemet in libro 14.declarat a principio denominatam fuiſſe Neapolim Epheſorum,& poſtea Samiorum.

13 Nec poteſt intelligi de Neapoli Cumanorum, ideſt ædificata ab illis, dum Cumani erant idem cum Calcidicibus,quos ille dicit poſtea ibi incoluiſſe; ſed loquitur de Cumanis, habito reſpectu ad eius ætatem,quæ erat,vti dictum eſt,ita appellata,vt diuerſa demonſtraretur ab illa Neapoli Aſiæ; cum deinde Strabo dicat poſtea ibi incoluiſſe Calcidicenſes.

14. Ego quæro,quid ſibi vult illa particula, poſt, niſi quod prius ædificata reperiebatur a Rhodijs, & poſt ibi ſuperuenierunt Calcidici,aliàs ad quid deſeruiebat illud, poſt,ſi Calcidicenſes, aut Cumani illam ædificaſſent? Et a reliquis verbis Strabonianis confirmatur, id quod ſupra dixi, tam circa Athenienſes; quam circa nomen Ciuitatis.

De Palepolis, & Neapolis Concluſione. Prælud. VIII.

1 ET Liuius in libro octauo ita: Palepolis fuit haud procul inde,vbi nunc Neapolis ſita eſt, in duabus vrbibus Populus idem habitabat: Cumis erant oriundi, Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt. Cum ille igitur dicat Palepolim fuiſſe haud procul a Neapoli,diſtinguendum eſt,quod quando

ipſe

ipſe dicit Palepolim fuiſſe intelligit, ſub Cōſulatu Q. Publilij 428. annis poſt Romulum; ſub quo fuit bellum illud ab ipſo deſcriptum, & quando deindè ſubiungit, vbi nunc Neapolis, intelligit, in principio imperij, ſub quo ipſe ſcripſit, & tunc nomen Palepolis iam extinctum erat, quia ipſemet in eodem tempore, dicit Palepolis fuit.

2 Dum igitur Palepolis erat, & Neapolis quoque erat, ſub Publilij conſulatu, cum Liuius, dicat, quod duæ erant Ciuitates, & idem Populus: quis colligere poterit ab iſtis verbis Calcidicenſes, aut Cumanos illam ædificaſſe? Populus Cumanus ibi commorabatur, inquit; ſed non ipſam fundauit, cum poſt Rhodios, Opicos, Oſcos, ibi Cumani ad habitandum peruenerint, ibique moram fecerint ad bellum illud vſque, & ſub illo Conſule; non quia antea ipſi Ciuitatem ædificaſſent, quæ ante ipſos iam erat Ciuitas, vt dictum eſt.

3 Reſtat igitur clarum, ni fallor, Neapolim a principio fuiſſe illam Ciuitatem Parthenopen a Rhodijs, apud Opicos ædificatam, ampliatam pulchram redditam, ac ab alijs reſtauratam, & amplius auctam, poſtquam ſimul coadunata fuit cum Palepoli, quæ non fuit parua Ciuitas, cum Titus Liuius in octauo fidem faciat, quod ſub ſupradicto Conſule intus extabant ſexies mille milites externi, præter Ciues, & quòd Romani deinde aggreſſi ſunt vnū ipſius Ciuitatis oſtium cum ter mille militibus, erat igitur locus magnæ exiſtimationis.

4 At quia Strabo ſcripſit Rhodios ædificaſſe Parthenopen multis annis antequam inchoarentur ludi olympici, legatur Euſebius Cæſarienſis in libro temporum a S. Hieronymo deinde continuato, & ab alijs, vbi inuenietur, prædictos ludos fuiſſe ab Hercule inſtitutos anno 1210. ante incarnationem Domini; ac dicente Strabone, hoc fuiſſe multis annis ante, ſi addamus annos noſtræ ſalu-

latis,reperiemus elapſos fuiſſe ter mille,& amplius annos poſt quam primo loco fuit hæc Ciuitas a Rhodijs fundata; itaut, & ratione fundatorum, & reſpectu antiquitatis appellari debeat,& meritò Neapolis vrbs nobiliſſima.

5 Sed ſi quis mihi dixerit olympiadas,iuxta eundem Euſebium habuiſſe primordium 405.aut 406. annis poſt captam Troiam,paulò antè Romulum, ideòque Parthenopem non eſſe ita priſcam:qui hoc aſſeueraret,hunc ego reprehenderem , tanquam ignarum, quia demonſtraret differentiam ignorare inter ludos olympicos,& olympiadas, quæ fuerunt inuentæ ab Ipitrito Praſſonidis filio ſolum 725.annis antè Natiuitatem Saluatoris, ſecundo anno Eſchilis Athenienſis Principis,vbi victor fuit Corebus Ciuitatis Elienſis,vti ſcriptum eſt ab eodem Euſebio , ac ab alijs Græcis ſcriptoribus; ſed ludi olympici ab Hercule ordinati fuerunt , multis ſæculis antè ob victoriam in curſu cum eius fratribus habitam ; vnde frondibus olearum ſyluestrium ſe coronauit, vti poſtea præter alios diffusè ſcribit Celius Rhodiginus capite 38. ſeptimi libri antiquitatum : ideòque Strabo dixit,multis annis ante olympica,& non ante olympiades.

6 Et cum hoc quoque facilè poterat eſſe per eundem Herculem deinde per has oras tranſeuntem,pulchrè fuiſſe redditam, aut ampliatam, aut aliquo modo reſtauratã, ac renouatam Ciuitatem Parthenopen; vnde ſumpta hac occaſione Diodorus alijque dixerunt ipſam opus eſſe manuum illius ; cum nulli dubium ſit Herculem ibi fuiſſe,moramque traxiſſe;ſiquidem ſcribit Dionyſius Alicarnaſſ.in primo, & alij Herculem ædificaſſe Turrim Græci proximam Ciuitati Neapolis eamque de ſuo nomine dixiſſe Heracliam, ſicuti Herculanum poſtea appellauere Latini,& in eadem Ciuitate Neapolis via reperitur propè tribunam maiorem Eccleſiæ Sancti Auguſtini ex imme-

Digitized by Google

memorabili tempore denominata Herculis via, prout in antiquis ſcripturis Sanctæ Mariæ ad Herculem, & Saluatoris ad Herculem, quæ ſunt duæ paruæ Eccleſiæ ibi ædificatæ, de quo Pontanus memoriam fecit, qui etiam voluit totum illud circuitum propè Regium Palatium à nobis communiter dictum Echia, fuiſſe ab Hercule denominatum.

7 At quomodocumque ſit Herculis de via reperitur memoria in Archiuio Regiæ Siclæ in Regeſto Reginæ Ioannæ Secundæ anni 1415. fol. 171. vbi nominatur Vicus Herculenſis Neapolis propè vetera Ciuitatis mœnia, Penninum versùs.

8 Poſtremò magna nobilitas, ac ſummus ſplendor Neapolitanæ Ciuitati adduntur, quòd tractu temporis electa fuerit in tot ſuorum Regum habitationem, factaq; proinde caput, ac Regni Metropolis, in ſe habens omnes Supremos Magiſtratus; atque omnia illa, quæ dicenda, ſiue adducenda forent ad oſtendendum maximam illius nobilitatem, ac magnificentiam, quæ alibi tamen, Deo dante in alijs meis laboribus ſuper antiquitate, nobilitate, magnitudineque huius Ciuitatis, ſunt propaganda; deueniamus nunc tantummodo ad præcipuam vnius loci deſcriptionem, relictis omnibus alijs, ſcilicet Magni Caſtri Capuani propè mœnia ipſiuſmet Ciuitatis exiſtentis, quod eſt vnum admirandum inter cæteras glorias, ac primarias prærogatiuas a maximo omnium Opifice huic nobiliſſimæ Ciuitati conceſſas.

Hic Topographicè delineandum erat Caſtrum Capuanum.

NI-

NICOLAI TOPII

I. C. AC V. P.

LIBER SECVNDVS.

De Regijs Archiuis in Magno Caſtro Capuano Vrbis Neapolis exiſtentibus. *CAP. I.*

1 SCiunt omnes,hanc magnam,Regij Caſtri Capuani molem , *Carolo V. Cæſare Auguſto inuictiſſimo Imperatore , Petrum Toledum Marchionẽ Villæ Franchæ; huius Regni Proregem iuris vindicem ſanctiſſimum, poſt fugatos Turcas, arcem in Curiam redactam, Iuſtitiæ dedicaſſe ; conciliaque omnia hoc in loco,cum magno totius Regni commodo conſtituiſſe. Anno a Partu Virginis MDXL.* Vt inſcriptio ianuæ maioris Arcis prædictæ clarè oſtendit;quam refert inter alia monumenta Neapolitana Franciſcus Suuert.in libro illo, qui,*Selectæ Chriſtiani Orbis deliciæ*,inſcribitur.

2 Et præter Tribunalia Regiæ Siclæ, Magnæ Curiæ Vicariæ in ciuilibus, & criminalibus Regiæ Cameræ Sũmariæ,Sacrique Regij Conſilij:de quibus,earumque Curia-

ria-

tiarum primordijs, notitiaque omnium Magiſtratuum, cum eorum catologis, & elogijs in libro 3. & 4. ſermo habebitur: tria Archiuia reperiri in Regia Camera Summariæ, intus hanc Magnam Caſtri Capuani, arcem, de quibus ſigillatim infra.

3 Arcani ſermonis ſignificatio trahitur, ſiue ab arce, quæ tutiſſima pars eſt Vrbis; ſiue a genere ſacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum a notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur: ſed per memoriam ſucceſſorum celebretur; ſiue ab arca, in qua, quæ clauſa ſunt tuta manent, cuius ipſius origo ab arcendo pendet, ita Feſtus, & Clamparius.

4 Et in ædificijs ſuis videntur arcana quædam loca veteres habuiſſe, vt vſu cogente, vel abſcondere præcioſas res; vel ipſi in ijs latère poſſent. Vnde Cicero ſcribit ad Attic. l. 5. epiſt. 24. & ad Attic. etiam lib. 10. epiſt. 2. & 3. *ædificationem arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat.* Arcana Regni Romani, & imperii apud Barthium Aduerſariorum Commentar. l. 21. cap. 22. fol. 1067. & l. 38. cap. 7. fol. 1729.

5 Vnde vetus lapis relatus in tomo 1. inſcript. Iani Gruteri fol. 1. num. 7. Romæ ad ædem D. Nerei effoſſus cum hac inſcriptione: legatur, & corrigatur cum alia fol. 83. num. 15.

Pōtificū. Votis. Annuent. Dij. Romanę. Reip.
Arcanaq; Vrbis. Præſidia. Apollinis.
Iuſſu. ſumma. cum. veneratione. ex
Hoc. Palladis. Cypho. Sacramenta.
Libarunt. Annuant. Quorum.
Nutu. Romano. Imperio. Regna. ceſſere:

Ex alio latere.

Virtus. Genus. Primum. Concili Are. Hominum. Mentes. Priuatas Reipub. Fore. Exteros. Primum. legi Bus. De. Hinc. Armis compeſcere.

6 Archium eſt Magiſtratuum ædes in Regio Palatio, & iudiciali, ex quo factum eſt, addita litera, u, Archiuũ: ſignificat cartophylacium, quæ latinè Tabularia, ac Tablina dicuntur, *l. moris, ff. de pœnis*, Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. Surgens *de Neap. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. Maſtrillus *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 9. *de palatijs magiſtrat. nu.* 53. *par.* 1. *fol.* 337. Muta *in pragm.* 6. *tit.* 19. *num.* 15. Author Theſauri linguæ latinæ *tomo* 1. *fol.* 231. *ver. Archium*, & lexicon iurid. cum lucubrationibus Cuiacij, Briſſonij, Donelli, Duareni Gothofredi, & aliorum *in ver. Archiua fol.* 188. *num.* 60. Buleng. *de Imp. Rom. lib.* 4. *cap.* 9. *fol.* 149. *lit. D.* & Brederod. *in Theſauro dict. & ſentent. iur. fol.* 14.

7 Romani armaria in quibus acta publica regiſtrabantur, Tabellaria denominabant, & Tabularium, in quo tabulæ, hoc eſt, inſtrumenta, literæ, & acta publica repoſita, *l. ſi mihi, ff. de leg.* 1. & Virgil. *lib.* 2. *Georg.* ſcripſit:

Inſanumque forum, & populi tabularia vidit.

8 Feſtus quoque tablinum, locus proximus atrio a tabulis appellatus. Græci vocant Tabularium Αρχεῖον Archiuum, vt Suidas, & Cicero pro Archia Poeta: *Hic tu tabulas deſideras Heracleenſium publicas: quas Italico bello, incenſo Tabulario, interiiſſe ſcimus omnes*, & Titus Liuius *lib.* 43. *fol.* 327. *Cenſores ex templo in atrium libertatis aſcenderunt: & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſoque Tabulario, & dimiſſis ſeruis publicis, negarunt ſe prius quidquam publici*

ne-

negotij geſturos, quàm iudicium populi de ſe factum eſſet.

9 Hinc vetus inſcriptio Romæ in Capitolio relata à Grut. *tomo 1. fol. 170. nu. 6.*

Q. Lutatius. Q. F
Q. N. Catulus. Cos
Subſtructionem. &
Tabularium. ex S. C
Faciund. curau

Et alia Terraconę Hiſpanijs *fol.* 478. *nu.* 2.

C. Val. Arabino
Flauiani. F. Bergidof
Omnib. Hon. In. R. P
Sua. Func. Sacerdoti
Romae. Et. Aug. P. H. C
Ob. Curam. Tabulari
Cenſualis. Fideliter
Admiſit. Statuam
Inter. Flaminales
Viros. Poſitam. Ex
Ornandum. Vniuers
Cenſuer

10 Lacedemonij Amyclis ſocietatum, & fœderum tabulas fidei conſtantia diligentiſſimè ſeruabant Alex. ab

Alex.*genialadier.lib.5.cap. 2.fol.* 232. Romani quoque in æde Saturni Ærarium, & Archiuum habebant. Lauren. Beylerlinch. *in vol.* 1. *Theatri vitæ hum.fol.*51.*lit.D.ver. Archiua.*Ioan.Roſin. & Thomas Dempſter. *antiquit. Roman.lib.*2. *cap.*4.*fol.*129.& Buleng. vbi ſupra, & Diuus Hieron.*in Prol. Eſter.* dicit ſe ipſum librum ab Archiuis Hebræorum leuaſſe, Gloſſa *in cap. cum cauſam de probat. & in cap.ad audientiam, de præſcription.* Textus ſingularis *in clemen.vn.de iur.inr.*in fine,& ibi Gloſſa.

11 Et Euſebius *lib.*1.*hiſtor.Eccleſiaſt. cap.*7.*fol.*13.ita habet: *Hæc quidem communia videntur cum illis, quæ ſunt in Gentilium hiſtoriјs memoriæ prodita. Porrò autem cum familiæ non Hebræorum ſolum, verum etiam eorum, qui vſque ad Proſelytos genus ſuum referebant, (vt ad Achior Amanitem, & Ruth Moabitidem, qui ex Ægypto elapſi commiſcebãtur cum Iſraelitis) ad illud tempus ſcriptis prodita, in tabulariјs reſeruarentur: Herodes quoniam illorum ſtirpem, nihil ad ſe pertinere, nihilque ad ſuam dignitatem illuſtrandam afferre adiumenti animaduertebat, ſuæ ignobilitatis, & obſcuri generis conſcientia exagitatus, annales illos de generum, & familiarum antiquitate incendit, arbitratus ſe nobilem viſum iri, cum nemo ſuum genus ex publicis illis monumentis depromptum, &c.*

12 Et *cod.lib.*1.*cap.* 13.*fol.*19. *Quarum rerum inſigne, & locuples teſtimonium ex tabulario Edeſſæ Ciuitatis id temporis a Rege gubernatæ, depromptum habes, nam in tabulis publicis, quæ non dum veteres, ſed recentes etiam res nuper ab Abgaro geſtas continebant, reperiuntur.*

13 Et Flauius Ioſeph. *de bello iudaico lib.*2.*cap.*17.*fol.* 811.*lit. D. Ita ſuperiore Ciuitate ceſſerunt cùm iſti protinus irruentes, Ananiæ Pontificis domum, & Agrippæ, ac Berenices palatium inflammauerũt: paſſi quod ignem Archiuo intulerũt, volentes omnia creditorum documenta diſperdere, vt eſſet vn-*

de

de ratio creditæ pecuniæ pateret, vtque omnem ſibi debitorum adiungerent multitudinem, & aduerſum locupletes egenis præberent, inſurgendi facultatem liberam. Fugientibus verò chartarum publicarum cuſtodibus ignem ædibus iniecerunt; atque ità incenſis Ciuitatis neruis, in hoſtes irruebant.

14. De Archiuo meminit Vlpian. *in ff. de pœnis*, ſic prodens: *Ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur Archiuo forte, vel grammatophylacio. Accurſius fallitur in vtroque*, inquit, Ianus Gruterus *in theſauro critico tomo* 1.*cap.*121.*fol.*519.

15. De Archiuo loquuntur Vopiſcus, Atheneus citati ab Adriano Iunio damnatę memoriæ, & Hermanno Germbergio *in nomenclat. octi ling. de partibus ædific. c.* 52. *fol.*387. ab Heſychio, a Budeo, & Græcis appellatur Cartophylacium: a Calepino cum Paſſeratio *in diction.* 8. *ling. fol.* 133. Hiſpanicè *Libraria de los originales*. Archiua Apoſtolicæ Sedis nominantur, in Decretis Canonicis, *cap.*30.*quæſt.*1. & nouiſſimè Andr. Coruin. & Io. Georg. Schlder. *in fonte latinitatis in ver. Archiuum fol.*63.

De Archiuo Regiæ Siclæ.
CAP. II.

1 PRimum Archiuum, ſiue vt vulgò, Archiuium in ordine eſt illud, quòd propè Regium Sacellum eiuſdem Regiæ Cameræ Tribunalis, reperitur, & appellatur *Archiuium Regiæ Siclæ*, ſic denominatum, quia antiquitus propè locum reperiebatur, qui Sicla dicitur, & erat in poſſe Magiſtrorum Rationalium ante Diui Auguſtini huius Ciuitatis Eccleſiam a fundationis primordio illorum Magiſtratuum, ſub Carolo Primo, ut ſuo loco, dicemus.

2 Et

2 Et in hoc Archiuio anno 1585. (prout ſcripſit Io. Baptiſta Boluitus *in lib.4. Variarum*, qui m.ſ. aſſeruatur in celeberrima Bibliotheca PP. Clericorum Regularium, Sanctorum Apoſtolorum huius Ciuitatis, vulgò Theatinorum [a] fuerunt reperta Regeſta quatuorcentum quadraginta quatuor; ſed noſtra ætate, & iuxta ſupputationem accuratiſſimi Caroli Burrelli extant ſolũmodo 436,

3 Carolus Primus Archiuium iſtud inſtituit, qui regnauit annos viginti, & obijt Fogiæ anno 1288. vt ſcripſerunt Cæſar Paganus Dux Terræ Nouæ, [b] & Petrus de Stephano. [c] Cæſar de Engenio in ſua Neapoli Sacra ſeguentem refert inſcriptionem: [d]

Conditur hac parua Carolus Rex Primus in vrna
Parthenopes, Galli ſanguinis altus honos;
Cui ſceptrum, & vitam ſors abſtulit inuida, quando
Illius famam perdere non potuit.

Hæc inſcriptio hodie non reperitur, ſed in eius locum fuit ſubrogata infraſcripta, ſub ianua maiori Eccleſiæ Archiepiſcopalis.

Carolo I. Andegauenſi Templi huius extructori
Carolo Martello Hungariæ Regi
Et Clementiæ eius vxori, Rodulphi Cæſ. F.
Ne Regis Neapolitani, eiuſque Nepotis,
Et Auſtriaci ſanguinis Reginæ
Debito ſine honore iacerent oſſa.
Henricus Guſmanus Oliuarenſium Comes
Philippi III. Auſtriaci Regias in hoc Regno Vicesgerens
Pietatis ergo poſuit Anno Domini 1599.

Hu-

a *Ita appellati a Theate Marrucinorum Ciuitate nobiliſſima, nunc Aprutinorum Metropoli, ex qua fuit Epiſcopus Paulus IV. vnus ex Fundatoribus huius Illuſtriſſimæ Religionis, prout communi calculo notant Auctores in noſtra Topographia citandi.* b *In ſuo Repert. m. ſ. penes nos.* c *In deſcript. locorum Sac. Neap. fol. 58. & eius Corpus deinde Neapolim translatum.* d *f. 17.*

Huius igitur Regis in Archiuio Siclæ reperiuntur Regeſta quinquagintaquinque.

4 Caroli Secundi 153. qui regnauit an. 25. & obijt Neapoli 1309. Roberti Regeſta 117. regnantis an. 33. ac Neapoli etiam morientis an. 1343. Caroli Illuſtris Roberti filij, eiuſque Vicarij 62. Ioannæ Primæ 32. quæ regnauit an. 38. & vixit 55. fuitque Regno priuata per Sũmum Pontific. Vrbanum IV. an. 1379. ac ſuffocata in Caſtello Sancti Felicis de mandato Caroli Tertij, ſiue in Ciuitate Muri, vt inquiunt, Scipio Mazzella, Petrus de Stephano, & Summont. Caroli Tertij Regeſta tantum tria, qui vixit annis quinque, & obijt Budæ in Vngaria an. 1384.

5 Ladislai Regeſta 10. qui regnauit an 28. & mortuus eſt Neapoli 1414. ac in Eccleſiam Sancti Ioannis ad Carbonariam Eremitarum Sancti Auguſtini, ſepultus vbi in altare maiori, ac admirando monumento ſequens reperitur Epitaphium, varijs in locis, inciſũ ſic à nobis veræ lectioni redditum (dum apud Engen. Stephan. & Suuert. corruptè legebatur.)

Improba mors noſtris, heu, ſemper & obuia rebus
Dum Rex magnanimus totum ſpe concipit orbem
En moritur, ſaxo tegitur Rex inclytus iſto,
Libera ſydereum mens ipſa petiuit olympum.

Deinde.

Qui populos bello tumidos, qui clade tyrannos
Perculit intrepidus, victor terraque marique
Lux Italum, Regni ſplendor, clariſſimus hic eſt.
Rex Ladislaus, decus altum & gloria Regum.
Cui tanto heu lachrymæ ſoror Illuſtriſſima Fratri
Defuncto pulchrum dedit hoc Regina Ioanna.
Vtraque ſculpta ſedens maieſtas vltima Regum
Francorum ſoboles, Caroli ſub origine primi.

Et

Et Sanazar. in eiuſdem tumulum, *Miraris*, &c. relatum ab Engen. fol. 159. à Steph. 153. a ter. & Suuertio.

6 Ioannæ Secundæ Regeſta quatuor, quæ regnauit an. 22. & mortua eſt 1435. ſed varia huius Reginæ documenta aſſeruantur in Magno Archiuio Regiæ Cameræ, & alibi, vt infra dicam.

7 Faſcicoli 97. ſignati cum eorum numeris: capſę decem cum quibuſdam libellis papyraceis: innumerabilia vetuſtatis monumenta.

7 Incipiant ipſa Regeſta, vt diximus à Rege Carolo Primo anni 1267. in quibus nonnulla Gallicè ſcripta ſunt; & licèt perpauci adſint libelli Imperatoris Federici Secundi de anno 1239. aliquotque faſcicoli, ſolutæque ſcripturæ ætatis Nortmannorum, Sueuorumque Principum, qui in hoc Regno dominati ſunt, vt plurimùm in charta papyracea; doleo tamen in ijs multa deficere extra Regnum aſportata, Ponormi, Florentiæ, & Hiſpanijs ſi communis fama verum fateatur.

8 De hoc Archiuio Regiæ Siclæ loquitur nouiſſimè Regens Capycius Latro Marchio Torelli *conſult.* 74. *nu.* 7. & 8. *lib.* 1.

De Archiuarijs omnibus Regiæ Siclæ, qui hactenus reperiri potuerunt.
CAP. III.

1 SVb Carolo Primo an. 1283. *A. ind.* 12. *fol.* 78. fit mentio de Cuſtodibus huius Regij Archiuij, qui deputabantur a Ciuitate Neapolitana.

2 Philippus Spatarius de Neapoli, ſub Roberto an. 1316. *faſc.* 100. *fol.* 59.

3 Petrus de Raymo Neapolitanus an. 1360. obijt an. 1384.

1384. & S. Seuerini hæc legitur inſcriptio: *Hic iacet corpus nobilis viri Petri de Raymo de Neap. Regij Archiuij Auditoris, qui obijt annò Domini* 1384.*die* 18. *menſis Februarij* 6.*ind.*

4 Berteraimus de Raymo filius prædicti Petri, ſub Carolo III. creatur Archiuarius, & Auditor Archiuij Neapoli, & confirmatur deinde a Ladislao, & Ioanna Secunda an. 1415.

5 Franciſcus de Raymo filius prædicti Berteraimi, ſub Regina Ioanna 1419.

6 Bernardus de Raymo Rationalis Regiæ Cameræ Summariæ, & Archiuarius, creatur deinde Præſes Regiæ Cameræ 1446. erat etiam Archiuarius 1454. ſub Rege Alphonſo *in vol. priuil. Sancti Nicolai de Baro aſſeruato in Magno Archiuio Regiæ Cameræ Summariæ fol.* 321.

7 Aloyſius de Raymo Preſes Regię Camerę, & Archiuarius, ſub Ferdinando an. 1464. vſque ad 1474.

8 Anellus Cacciutolus Regius Archiuarius, & Preſes Regię Camerę an. 1489.

9 Io. Baptiſta de Raymo Archiuarius an. 1507.

10 Berardinus Cioffus Regię Camerę Sũmarię Rationalis, & Archiuarius an. 1517. *in Eſec.* 13.*fol.* 212.*a t. in Arch.*R.C.

11 Ioſeph Grimaldus 1580.

12 Petrus Vincenti V.I.D. Hoſtunenſis Archiuarius anno 1610. elaborauit ordine Alphabetico omnia contenta in Regeſtis Regię Siclę, quæ aſſeruantur m.ſ. in voluminibus octo pęnes eius filium; ac permagnum volumen beneficiorum, & Iurispatronatuum Regiorum, & alia: edidit Italicè Hiſtoriam Familię Cantelmę in 4. Neap. apud Ioannem Baptiſtam Sottilem 1604. & Italicè quoque Theatrum virorum illuſtrium, qui Protho-

F no-

notarij in Regno fuere, impreſ. ſimiliter Neap. & apud eundem 1607.

13 Antonius Vincenti V. I. D. filius prędicti Petri Archiuarius Regiæ Siclæ in præſentiarum 1654. ab an. 1616. ac veterum paginarum lectionumque reparator ſagaciſſimus.

De Archiuo Quinternionum.
CAP. IV.

1 SEcundum Archiuum *Quinternionum* dicitur, & eſt propè gradus Archiui Magni, quòd vnica, ac perparua manciuncula circumſcribitur, de quo etiam loquitur Regens Capycius Latro *in ſupra cit. conſult.* 74. *num.* 10. *lib.* 1. & huius Archiui monumenta incipiunt a Rege Alphonſo Primo ab anno 1437. in quo etiam reperiuntur aliqua perpauca Ioannæ Secundæ, & Regis Ladislai documenta; ſed quomodo illuc importata fuerint, ignoratur.

2 In ipſo regiſtrantur omnia feudorum quaternatorum priuilegia, inueſtiturarum, donationum regalium totius Regni; quàm etiam Regij Aſſenſus, & refutationes prædictorum feudorum; ſed quæ dicantur feuda quaternata, & quotmodis conſiderentur apud noſtros Regnicolas, non eſt præſentis laboris; attamen, vt aliquid breuiter elucidetur, reſpondemus, dum in promptu, & præ manibus plures Conſtitutiones habemus vndè ſumpſit originem vox iſta feudi quaternati: vnam, quæ incipit, *Iuſtitiarij nomen, & normam*: ſecundam, quæ incipit; *poſt mortem*; & tertiam, *Honorem noſtri diadematis*: In quibus fit mentio de feudis, quæ in Quinternionibus dohanę Regis ſcripta inueniuntur.

3 Erat

3 Erat fortè eò tempore in Curia Regeſtum, ſeù liber, vbi conceſſiones feudorum regiſtrabantur, & notabantur (vt proprijs loquar verbis) quantum adhoare debebant, qui hodie reperitur in Archiuio Magno Regiæ Cameræ; & de iſto libro fortè; aut de illo collectarum, quæ tunc in Regno antè impoſitionem Ducati vnius pro Foculario, Regi ſoluebantur, loquitur Conſiliarius Andreas de Iſernia *in cap.* 1. *verſic. ille tamen col.* 2. *de controuer. feudi, apud pares termin.*

4 Hodie verò in hoc Archiuio, quòd Quinternionum apud omnes denominatur, adſunt Regeſta, & vocantur Quinterniones, quos Iſernia vocat, quaternos donorum, & in his regiſtrantur omnes feudorum conceſſiones; feuda igitur, quæ in iſtis Quinternionibus ſcripta inueniuntur, quaternata dicuntur, ſecundùm Iſerniam, vbi ſupra, Capyc. *in ſua inueſtitura, ver. feudorum genera verſic. quaternatum*, & Reg. Lanar. *in repetit. feud. nu.* 106.

5 Et de iſtis Quinternionibus intelligitur quando allegatur feudum eſſe regiſtratuum in Quinternionibus; non autem de Cedulario adohæ, vt intelligebat Locumtenens Loffredus *in dicto cap.* 1. *de controuer. feudi apud pares ter. in verſ.* 6. *aliud dicunt*, vt benè aduertũt Iacobus de Gello Pręſidens Regiæ Cameræ *in tract. iuris adohæ, & releuij*, Camerar. *in repetit. cap. Imperialem fol.* 69. *lit. D.* & Reg. Lanar. *in loco ſupra citato.*

6 Differunt inter ſe Quinterniones, & Cedularium Adohæ; quia in Cedulario deſcribitur quantum feuda adhoant; in Quinternionibus regiſtrantur conceſſiones feudorum, vt ſupra diximus; de hoc Cedulario loquitur Regens Capycius Galeota *reſponſu Fiſcal.* 30. *num.* 49. *cum ſeqq.* & differentiam quoque tradit Regens Capycius Latro *in ſuperius alleg. conſult.* 74. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi inuehitur contra Loffredum *loco ſupra cit.*

7 Pro feudis nobilibus, & quaternatis determinatũ erat antiquitùs ſeruitium militare, pro quo hodie in Regno ſubrogata eſt ſolutio adohæ, vt dicunt Iſernia *in c.1. de Capit.qui Curiam vend.* Frecc. *de ſubfeudis in §.auctor. Baron.num.*8. Iacobus de Gello *in ſupra cit. tract. de iur. Adohæ num.*62.tempore Regis Alphonſi, inquit,Andreas Capan.*in tract.etiam de iur.Adohæ quæſt.*35.*num.* 14.*& in princ.tract.quæſt.*1.*nu.*2.*& ſeq.*

8 In hoc Archiuio aſſeruantur etiam inſtrumenta fidelitatis, & Ligia Homagia à feudatarijs Regni Regibus Aragonijs; eorumque ſucceſſoribus vſque ad præſentem diem præſtari ſolita.

9 Conſeruator Quinternionum quolibet menſe relationem facere tenetur omniũ priuilegiorum,conceſſionum, & aſſenſuum feudalium Rationali cedularium habenti,vt *in prag.*44.*de Offic.Procur.Cæſaris.*

10 Die 6.Octobris 1541. reperitur litera Regiæ Cameræ cum inſerto tenore literarum Sacræ Ceſareæ Maieſtatis, & Excellentiſſimi D.Proregis, quæ dirigitur ſigillatoribus Regij ſigilli, quòd non ſignent priuilegia, aſſenſus,nec rerum feudalium inueſtituras niſi priùs ipſis conſtiterit illas regiſtratas fuiſſe in Quinternionibus Regiæ Cameræ, ſub pœna priuationis officiorum *in Curia 36.fol.* 147. relata per Præſidentem Petrum Naſturtium *in ſuo Repertorio m.ſ. aſſeruato in Magno Archiuio Regiæ Cameræ fol.*51.*a t.*

11 Die 11.Aprelis 1575.fuit concluſum, quod conſeruator Quinternionum,alijque Officiales ordinarij, ac prouiſionati Regiæ Cameræ ab hac Ciuitate non diſcedant abſque licentia,& voluntate Regiæ Cameræ; & fuit dictum,quòd mandetur alijs Officialibus, vt quando eis aliquod negotium imponatur neque diſcedant, ſine licentia Commiſſarij illius negotij. *In Repertorio Procura-*

to-

toris Sqnillantis fol. 154. in Archiuio R. C.

12 Die 29. Ianuarij 1593. fuit deciſum per Regiam Cameram, quod Conſeruator Quinternionum non recipiat fides refutationum, niſi viſa per Fiſcum, *ex lib. notamentorum dicta Regię Cameræ fol. 77.*

De Archiuarijs, ſiue Conſeruatoribus omnibus Regalium Quinternionum, qui hactenus reperiuntur. CAP. V.

1 ANtonellus Gattonus ſub Regina Ioanna II. Conſeruator Regiorum Quinternionum an. 1417. vbi dicitur Regalis cuſtos Quinternionum feudalium *in Quint. 26. fol. 194.*

2 Antonius de Barbaſto an. 1442. vt *in Eſeq. 17. dicti anni in Arch. Regiæ Cameræ fol.* & *in Quint. 1. an. 1449. fol. 21.*

3 Ioannes Andreas Cocus de Neap. Rationalis Regiæ Cameræ, & Conſeruator Quinternionum an. 1462. *in Quint. 1. fol. 300.* & etiam an. 1451. vt *in Eſeq. 1. fol. 145. in Arch. R. C.* & in Cedula Petri Mercader an. 1455. *fol. 545. in R. C.*

4 Nicolaus Gomarinus de Marathea an. 1495. *in Eſec. Regiæ Cameræ 14. an. 1494.* & *95. ſub Carolo VIII. fol. 8. a t.*

5 Mericus Lopinus Cuſtos, & Conſeruator Quinternionum an. 1501. *Eſec. 5. an. 1501.* & *1502. fol. 121. a ter. in Arch. R. C.*

6 Vincentius Granata Secretarius Regiæ Cameræ, & Conſeruator Quinternionũ an. 1526. & etiã an. 1504. *in Arch. R. C. cam. 1. A. ſcanz. 1. num. 2. fol. 151. a t.*

7 Vincentius Regulanus.

8 Au-

8 Auguſtinus de Franciſco Locumtenens Regiæ Cameræ filius Hieronymi de Franciſco Regij Conſiliarij, ac etiam Locumtenentis Regiæ Cameræ, ob liberam reſignationem officij Conſeruatoris Regiorum Quinterniorum in manibus ſereniſſimi Imperatoris Caroli V. fuit ab eodem Sereniſſimo electus Conſeruator Quinternionum an. 1527. cum conſueta annua prouiſione vnciarum 18.

9 Adrianus de Guilielmo Spataforus Magnus Antiquarius, eruditione inſignis, legatur Capac. in foraſt. *iorn.9.fol.855. & in Elogijs lib.2.num.59.fol.336.* qui in hunc modum loquitur: *Adrianus, &c.* prout ibi: ob reſignationem Auguſtini de Franciſco, eligitur Conſeru. Quintern. an. 1536.

10 Albius Spataforus V.I.D. filius prædicti Adriani 1580. cauſarum patronus primarius, humanis literis cultiſſimus; ſed in epigrammatibus ingenioſus emicuit.

11 Sebaſtianus Sergius, ob mortem Albij anno 1593. obtinuit officium Quintern. ob ſuam magnam integritatem, & fidelitatem: maximum Repertorium elaborauit, pro Regio Fiſco, a quo Thomas Salernitanus Regiæ Cameræ Præſidens, alijque Fiſci Patroni adnotarunt omnia exequenda cum diligentijs ſuis pro Regiæ Curiæ ſeruitio.

12 Vincentius Sergius V.I.D. feudalium cauſarum patronus, & in Archiuij cuſtodia, aſſiduitate fidelitateque Sebaſtiani eius Patris diligentiam emulando accuratiſſimus viuit hodie, ab an. 1606.

De

De Magno Archiuo Regiæ Cameræ Summariæ. CAP. VI.

1 TErtium,& vltimum in ordine *Archiuum* (quod meritò, ob eius excellentiam, & magnitudinem, *Magnum* appellatur a celeberrimo Regente Carolo Tapia, a Iurium Regni interprete conſumatiſſimo *lib. 2. de offic. Proc. Caſ. prag. 1. in annotat. fol.* 184. eique non vna, vel altera, ſed ſexdecim Aulæ peramplæ aſſignatæ ſunt, vt dignè inter reliqua primas obtineat vices;) ac denominatur ab omnibus *Archiuium Regiæ Cameræ Summariæ*, quòd nobis ad cuſtodiam traditum fuit die 20. Februarij an. 1652. cum interuentu, auctoritateque Dominorum meorum Don Caroli Calà Diani Ducis (tunc tẽporis Regij Patrimonij Patroni) Iacynti Baracani Præſidentium; ac Iacobi Salerni Fiſcalis, ob eorum maximam peritiam, & in Regijs negotijs ſolertiam omnibus ſęculis celeberrimorum.

2 In hoc Archiuio Regiæ Camerę Sereniſſimus Rex Alphonſus Primus omnia ſua Regeſta aſſeruati iuſſit. Huius igitur magnanimi,& Inuictiſſimi Regis, omniumq; Regum in hoc Regno ſucceſſorum adſunt quamplurima priuilegiorum documenta varijs voluminibus compacta ab an. 1437. cum Executorialibus Regiæ Cameræ: maxima Releuiorum ſimiliter volumina omnium Baronum ab anno 1440. veſtigaliorum totius Regni: Ærariorum vetuſtiſſimorum: literarum Regiarum: Commiſſionum, et Conſultationum: Numerationum eiuſdem Regni, quæ ab eodem met Rege Alphonſo originem habuere in anno 1447.

3 Et

a *Origine Hiſpano, ſed natiuitate Anxantino Aprutino nobiliſſimo, prout ipſemet videtur innuere in diſc. quem Italicè edidit de ſpeculo murmurat. & in tract. de abund.*

3 Et hæc fuit prima numeratio Regni, quæ reperitur integra in Archiuio. Secunda Regni numeratio fuit anno 1472. quæ nõ reperitur integra. Tertia anno 1489. Quarta an. 1508. reperitur at non completa. Quinta an. 1522. mutila eſt. Sexta 1532. adeſt in Archiuio. Septima 1545. reperitur. Octaua 1561: reperitur etiam, ſed ex parte deficit, quia penes Rationales, vt antè nos etiam obſeruauit Io. Baptiſta Boluitus *in ſupra cit. lib. Variarum*; & citat noticias habuiſſe a Ioanne de Florio tunc Regio Archiuario. Aliæ duæ vltimæ numerationes, ſcilicet an. 1595. & 1642. & partim etiam octauæ 1561. aſſeruantur penes Rationales in Aula ab Archiuio diſiũcta, at quo fundamento, cogitent alij.

4 Reperiuntur etiam in hoc Magno Archiuio varia inquiſitionum Regeſta, proceſſuum inuentaria omnium Tribunalium ab an. 1540. ad 1560. & volumina ex omni genere ad Patrimonium Regium, & Priuatorum; ad Regni huius tutamen, & ornamentum ſpectantia numero tercentum circiter millia, preter ſcripturarum faſcicolos innumerabiles.

5 Adſunt etiam in hoc Magno Archiuio Regiæ C. S. varia antiquorum Regum diplomata: feudorum primordia, ſub Carolo Primo an. 1275. Regeſtum Melphiæ confectum, ſub Imperatore Conſtantinopolitano an. 1270. Cedularia vetuſtiſſima, ſub Regina Ioanna 1416. & in maximo libro priuilegiorum Eccleſiæ Regalis Sancti Nicolai de Baro, aſſeruantur documenta an. 1108. ac alia ad venerandam antiquitatem conducentia, vbique maximi honoris, & admirationis, [a] a paucis huc vſque viſa; & inter puluerem, & tenebras immeritò conſepulta; at magnanimitate, ſapientiaque *Excellentiſſimi Domini Comitis de Caſtrilio*, & Dominorum meorum omnium Regiæ Ca-

merae

a *Quæ enim antiquiſſima ſunt, maximè ſunt honoranda, inquit Ariſt. in primo primæ Phil. lib.*

ſeræ Summariæ, e latebris mox eruptura: & veluti ad vitam reditura.

6 Scipio Ammiratus, ob eius ſcripta, ſanè admirandus, verba faciens de Archiuio in Familia Celana f. 193. ſic a nobis latinè redditus, appellauit illud, & meritò, Theſaurum magnum. *Miniſtri Regij cuſtodiæ tradant, tam nobile theſaurum viris doctis: dum in ijs ſcripturis Archiuio aſſeruatis; non ſolùm reperiuntur maxima originum Familiarum Italicæ Nobilitatis fragmenta, ſed etiam feudorum natura, ac primordia; Iuſpatronatus Regij, inueſtituræ a Summis Pontificibus habitæ, matrimonia, donationes, ordines militares, vſus, & conſuetudines pluximarum Ciuitatum, ac Vniuerſitatum totius Regni; & quomodo procedatur, & ſit introductus vſus exequutionum mandatorum Apoſtolicorum: quibus armis Regnum defenditur, quid ei profuit, aut obfuit: quot exercitus viribus proprijs alere poteſt: Portuum capacitates, annonarum ordinationes, benè geſtorum remunerationes, & prauè factorum punitiones; et vt paucis concludam, Archiuium eſt ſpecimen viuax, & naturale regiminis ciuilis, non inter Philoſophantium diſputationum ſubtilitates poſitum, ſed eſt veluti teſſera palpabilis tranſiens per manus cuiuſcunque etiã indocti, & in paleſtris literarijs inerudit.* hactenus ille.

7 Adſeruantur etiam in hoc Magno Archiuo quadraginta Bancheriorum, qui ceſſantibus negotijs, defecerunt, capſæ, & vt plurimùm de primaria nobilitate Ianuẽſi, [a] codicum numero quinque millia circiter, cum eorum diurnalibus, ac pandectis, ob temporis iniuriam malè diſpoſitis, & coaceruatis: quorum Elenchos a nobis elaboratos, negotiantium commoditati ſtudẽtes hic ſubnectemus.

8 Rauaſcherius ab an. 1516. ad an. 1579. Vaglies 1519. ad 1534. Maruffus, & Oria 1529. de Mare, & Citarella

G

[a] *Quorum libri plenam inducunt probationem l. illatæ, C. de fide inſtrum. Bart in l quædam, § nummularios per eum tex. ff. de eden.*

Digitized by Google

rella 1533. ad 1570. Lomellinus, & Pallauicinus 1535. ad 1546. Galzaranus, & Vidal 1536. ad 47. Sommoya 1542. Serra, & Viualdus Larcarus, & Imperiale 1544. ad 51. Spinula, & Mare 1551. de Montenigro 1559. ad 1576. Turbulus, & Comeres 1567. & ſeq. Bannini, & Neri 1569. ad 77. Gentilis 1596. ad 99. Coney, & Comeres 1570. ad 73. Turbulus denuò 1570. ad 76. Grimaldus 1571. ad 88. Citarella, & Rinaldus 1572. Olgiattus, & Solarus 1573. ad 80. Compoſta, & Corcionus 1573. ad 80. Turbulus, & Caputus 1576. ad 80. Calamazza, & de Pontecoruo 1576. ad 82. Caſola, & Marroccus 1582. & ſeq. Ciminus 1578. ad 81. de Leone, & Bonauentura 1579. & ſeq. Olgiattus iterum 1578. vſque ad 97. Coneglius 1580. de Belmoſto 1580. Bifoli 1581. Caſola Baccara, & Borrella 1578. & ſeq. Vollarus, Solarus, & Compoſta 1582. ad 1596. Incurabiles 1583. ad 88. de Centurione 1591. ad 96. Spinula, Mare, & Grillus 1592. ad 95. Laurentius, & Veſpeſianus Mari 1595. ad 98. Talanus, & Mare 1596. ad 98. Spinula, Rauaſcherius, & Lomellinus 1596. ad 1603. Turbulus iterum, & Caputus 1602. ad 1604. Francus, & Spinula 1604. & alij.

9 Menſes, & dies in quibus defecere, ſeù receſſere prædicti Bācherij, altiorem requirunt indaginem, nec ad pręſentis notitiæ cognitionē faciunt, ſed habebitis alibi.

10 Aduertant tamen Lectores in magno hoc Archiuio reperiri fideiuſſiones ducatorum quadragintamille per quemlibet Bancherium illis temporibus præſtitas pro Regiæ Curiæ indemnitate, totius Regni vtilitate, ne libri extra Regnum, & hanc Ciuitatem, ceſſantibus negotijs, aſportarentur; & Bancherios, qui defierant, non audiri, niſi omnia ſoluant, parte opponēte, Muta *in cap. Siciliæ 135. lit. A. verſ. audiendus lib. 4.*

11 Tempore peſtilentiæ ex hoc Archiuio an. 1526. & ſeq.

& ſeq. quamplurima volumina ſublata fuerunt: e quibus deinde obitèr in vijs publicis reperta ope doctorum, & verè Chriſtianorum Virorum, ſuis in locis repoſita, vt obſeruauit ſupra citatus Boluitus.

12 Marinus Freccia *lib. 1. de ſubſeudis cap. de offic. Admir. Maris num. 28.* dicit, quod hoc Archiuium, vbi ſunt tot Regeſta Regum, poteſt allegari pro lege, allegat Lucam de Penna Aprutinum meum eruditiſſimum *in l. ea res, C. de iur. Reip. lib. 10.*

13 Afflictus verò *in Conſtit. Regni in par. 2.* incip. *Cordi nobis eſt, rub. 5. de notifican. Bann. & foriud. num. 12.* ſcripſit officium Archiuarij eſſe antiquiſſimum in hoc Regno Neapolitano, fuiſſe conceſſum præteritis ſæculis nobilibus illis Familiæ de Raymo Viris integerrimis, optimæque opinionis; ſed ibi, non de Archiuarijs Regiæ Cameræ, ſed Siclæ, eſt intelligendus Afflictus *in loco ſupra cit.* dum inter Magiſtros Rationales, & Archiuarios Regiæ Siclæ, reperiuntur illi de Raymo, vt diximus.

Archiuarij officium quid requirat, & quomodo ab Auctore repertum. *CAP. VII.*

1 ARchiuarij officium, maximam confidentiam, ac diligentiam requirit; cum in hoc Archiuio omnes Regiæ Curiæ, pro Regni tuitione, tum antiquæ, tum hodiernæ aſſeruentur ſcripturę, vt ſupra diximus; & ſi experientiæ credere velimus adeò officium iſtud pericoloſum, atque laborioſum eſt, vt duo Archiuarij, qui præceſſerunt Franciſcum Antonium Baldinum Nucerinum Patricium, incurabiles in morbos, inciderint; furioſi, dementeſque effecti, vltra tot infortunia,

infirmitates, quibus obnoxij fuere alij ſubſequentes, omnibus clarè patet, prout in Catalogo Archiuariorum infrà verba faciam.

2 Officium enim prædictum, ob infinitum ferè ſcripturarum numerum a præcedentibus Archiuarijs adeò confusè adminiſtratum fuit, vt non ab re ſi indè communis omnium probabilis fuerit orta opinio (defuncto Cæſare de Guncto Scriba Regij Archiuij per triginta continuatos annos, verſatiſſimo) repoſitas iſtas ſcripturas, amplius inueniri nequaquam potuiſſe; & nihilominus tanta, taliſque fuit noſtra aſſiduitas, ac improbus labor adhibitus, triennij ſpatio, ſine vlla intermiſſione, vt tresdecim Aulæ inuentæ, puluere, & ſquallore oppletæ: vbi quidem magnum chaos, ordo verò nullus repertiebatur; admirabile, & pro Regio ſeruitio, totiuſque Regni commodo, fructuoſa, & facillima quadam methodo, in optimam partem redactæ, tres aliæ Aulæ ſuperadditæ, reducendæque quotidiè totaliter meditamur, ſi vires ſuppetant: quo fit, vt ſimul, & ſemel; ſtatim ac in Regia Camera, ſiue per Præſidentes, Rationales, ſiue per alios particolares, aliqua expoſcitur ſcriptura; dummodo in Archiuio reperiatur, illicò, per meum Scribam, exhibeatur.

3 Ex hoc magna, ac manifeſta Regali Patrimonio vtilitas in dies affertur; & maior in poſterùm apparebit: & ſi ratione officij ad hæc aſtricti ſimus; attamen prædictum ſeruitium de conſueto intelligitur, ſecundum Andream de Iſernia *in cap. 1. §. ſed nec eſt alia iuſtior num. 38. quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* ad extraordinaria non coarctamur; & tamen ne dum extraordinaria; verùm quoque intollerabiles labores alacritèr amplexi ſumus, ingeminatis humanitatibus, magniſque promiſſionibus Don Didaci de Vceda Regiæ Cameræ Locumtenentis vigilantiſſimi (quem nō ſine dolore hic ob meam, & aliorum iacturam,

re-

recenſemus;)& integerrimi, doctiſſimique Regentis Ioannis Camilli Cacacij ; & quamplurimorum Præſidentium noſtrorum Dominorum, ac Protectorum, validiſſimè impulſi.

4 Archiuarij officium omnibus in locis neceſſarium, eſſe,pro actorum, & ſcripturarum conſeruatione, dixit Muta *in cap. 37. Regni Sicil.* & comprobat *in cap.* 15. *lib.* 4. *num.* 1. ac requiri magnam idoneitatem, ſufficientiam,&, probitatem;nec per ſubſtitutum exerceri debere, idem Muta *in pragm. 6. num.* 17. vide Pragmaticam Regis Catt. ſub die 20. Decemb. 1506. & Cæſ. Maieſt. ſub die 10. Nouemb. 1539.

5 Immunitates verò, ac priuilegia Archiuarijs conceſſa,quæ ſint, videantur illa Sereniſſimi Regis Alphonſi de an. 1450. quibus Officialibus omnibus Regiæ Cameræ impartita reperiuntur; & ſunt omnia priuilegia, quibus Officiales Regię Curiæ Siclæ gaudebant : inter quos connumeratur Archiuarius, vt ex varijs illorum temporum libris,nunc in noſtro Archiuio aſſeruatis,apertiſſimè patet ; adeò vt ex vi dictorum priuilegiorum Regis Alphonſi;& aliorum Regum in hoc Regno ſucceſſorum, ac Rituum Regiæ Cameræ,omni iure Archiuarius, eſt cunctis priuilegijs Siclæ, in Regia Camera potiturus, vniuerſa enim priuilegia illi Curiæ attributa ; ſunt & iſti conceſſa,& ſic per omnia facta priuilegiorum adequatio,de qua materia latiſſimè Baldus, poſt Gulielmum de Cuneo *in l. omnia, C. de Epiſc. & cler.* Socin. Iaſon,& alij ſcribentes *in l.* 1. *ff. de leg.* 1.

6 Tribunal Regiæ Cameræ, Tribunali Siclæ ſucceſſiſſe, ac ſubrogatum fuiſſe, apud noſtros Auctores apertiſſimum eſt ; & ſicut Archiuarius Siclæ connumeratur inter Magiſtros Rationales ; ita pariter Archiuarius Regiæ Camerę ad inſtar Rationalium erit tractandus ; ſi itàque

que Regia Camera fuit , vt ſupra ſubrogata, ſequitur ob id, vt naturam eius in cuius locum ſubrogatur, ſapiat, vulgata *l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionibus*, Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, de Conſtitut.* copiosè, alijs prætermiſſis, Gabriel *com. opin. de reg. iur. in 6. concl. 2.* & propterea Archiuarius ſemper deſcriptus inter Rationales reperitur, vt clariſſimè patet in tot libris præteritorum ſæculorum ſalis Arrendam. in Archiuio etiam aſſeruatis.

7 De Archiuarijs, & eius dignitatibus, alibi, Deo dãte, ad ſatietatem; videatur pro nunc, quæ ſcripſit Caſſan. *in conſider. 16. par. 7. Catal. gloriæ mundi in ver. aliud eſt ſcrinium in Palatio Regis*; & quæ cumularunt pro Archiuarijs, Rationalibus, & alijs Officialibus Regiæ Cameræ Regentes Reuerterius *in ſuis deciſionibus m. ſ. dec. 7.* Rouitus *in deciſ. 74. num. 6.* Capycius Galeota *in vol. reſponſ. Fiſcal. ſelect. reſp. 2. per totum*, Sanfelicius *in prax. iudic. ſect. 17. fol. 49. & in deciſ. 291. num. 20. & ſeqq.* ac Regens Præſidenſque S. R. C. Merlinus (e primaria nobilitate Sulmonenſi Aprutij, immo totius Regni ornamentum perpetuum) ſubiungit, quod quælibet Curia cognoſcit de ſuis curialibus *controuerſ. foren. cent. 2. cap. 64. nu. 27. fol. 386.*

8 In iure appellantur Arcarii, vt in *l. hac lege* 8. *C. de aquaductu lib.* 11. & patet etiam *in rubr. C. de ſuſceptoribus, Præpoſitis, & Arcarijs lib.* 10. *& in ff. lib.* 10. *de muneribus, & honoribus, l. munerum* 18. *§. hi quoque*; appellãtur Archeotæ, & ibi Gloſſa, Græce Α'ρχαριοι τ̃ Πολιος, & in ſupra cit. Rub. *de ſuſcept. Præp. & Arcar.* Lucas noſter de Penna *in tit. 70. fol. 341.* ponit quatuor eſſe arcas, vt ibi per eum; & Arcarij, ſubiungit, debent eſſe nobiles, moribus prudentes, fideles, optimè ſibi conſcij, pro integritate mentis, & citat *l. 5. de cond. in pub. hor.* de quibus habentur etiã in ſupra cit. *l. moris, §. ſolent, ff. de pœnis, & in Auth. de defen-*

ſori-

Digitized by Google

ſoribus, §. *præcepta*, ſed qui propriè dicuntur Arcarij, ſunt videndi Buleng. *in tract. de Imp. Rom. lib. 6. cap. 54. fol. 601. & 603.* & Pancirol. *in Theſauro var. lection. fol. 371.*

9 Et in Regno Archiuarius idem eſt, quòd Commẽtarienſis, prout per eundem noſtrum Lucam de Penna *in l. rura col. 2. verſ. quarto quæritur, C. de omni agro deſ. lib. 11.* latiùs Capyc. *in inueſt. feud. in rub. feudi officiorum in 18. col. verſ. Archiuarius*, & Summus Pontifex Archiuium appellat carthophylacium *in cap. 1. de probat.* ex quo ſumpſerunt Cuiac. Briſſon. Donel. Duaren. & alij *in lexicon. iurid. fol. 188. num. 60. in ver. Archiuã.* quibus addo Ioſeph. Laurent. *in Amalth. Onomaſtica fol. 79. ver. Archiuum.*

10 Pro Arcarijs vide cumulata per Cæl. Rodigin. *lection. antiq. lib. 25. cap. 20. fol. 1409. lit. G.* & Raphaelem Seiler *collectaneorum iuris in fine operis in notitia totius orbis fol. 465. a t.*

11 Addamus etiam, quod Arcarij, ſiue Archiuarij debent eſſe docti, nam literarum ignari facilè negant, quę pro veritate ſtatuta ſunt, & ſuper his inconuincibiles ad tex. *in §. ſuos Auth. de Tabell. & in l. 2. §. poſt hoc Q. Mutius, ff. de orig. iur.* ibi, *turpè eſſe Patricio, & nobili, & cauſas oranti ius in quo verſaretur ignorare*; & debent habere, ſicuti Iudices ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ; quia ſine conſcientia eſſent diabolici; & ſine ſcientia inſipidi; (à ſalibus enim ſapientiæ nomen, dixerunt veteres) ad tex. *in ſupra cit. l. 5. C. de condit. in pub. hor. lib. 10.* Boer. *dec. 153. n. 31.* Belluga *in ſpec. Principum rub. 6.*

12 Quinimmo Principes noſtrę ætatis appellãdi ſunt Iudices peritiſſimi, & Archiuarij maximi; quia doctrina, & ſcientia florentes, noſtrum ſæculum reddunt fęliciſſimum; nam (vt dixit Plato *Dial. 5. de Repub.*) Principi non aliter neceſſaria eſt ſapientia; quam corpori anima; beatiſſimaſque forè reſpublicas iudicabat, vbi aut Philoſo-

phi

phi dominarentur; aut ſaltim qui gubernabant, diuina quadam ſorte philoſopharentur: quem refert Marſil. Ficin. *in eius vita*, Valer. Maxim. *lib.7.cap.2.*& Boet. *lib.1. de conſolat.* Beatam appellat Rempublicam, cui Princeps ſapiens dominatur, Matthien. *Dial. relat.3.cap.8.per totum*, ex Ariſt. *lib.2. Reth. ad Theud.cap.23.* vbi fortunatos ait Thebanos, qui per doctiſſimos Magiſtratus certo tempore recti fuerunt.

13 Æditarum legum cuſtodiã adeò neceſſariam veteres noſtri cenſebant, vt Principes ipſos, Iudices debere eſſe iudicarent, vt potentia, qua in cęteros pollent, ad eas obſeruandas, rebelles cogere valerent, Manuel Palęologus Auguſtan. *in educatione Regia ad Ioannem filium præcepto* 51. relato a Ioanne Roſino, & Thoma Dempſtero *antiquit. Roman. lib.9. Parilip. fol.*930.& parum prodeſſent Populis legum, Rituum, ac Pragmaticarum obſeruantiæ; per ipſoſmet Principes exactè manutenendæ, ſi illas deinde in libros, codiceſque redactas, publicis in Bibliothecis, & Archiuijs fideliter, accuratèque cuſtodiendas negligerent.

14 De fide Archiuij, ideſt de ſcriptura, quæ in Archiuio reperitur, quæ requirantur, vt plenam fidem faciunt, vide in Speculat. *de inſtrum. edit.* §. *nunc dicendum, verſ.6.* ſed copioſiùs apud Felin. *in cap. ad audientiam, in col.4.& ſeq. de præſcript.* vbi ponit decem concluſiones in hac materia.

15 Et quin ſcriptura in Archiuio faciat plenam fidem nemo eſt, qui dubitet, text. eſt *in ſupra cit. l. hac lege, C. de aquaduc.* ibi, *fide firmata*, & in auth. *ad hæc, C. de fide inſtrum. ver. ex Archiuio publicò cap. peruenit* 30. *q.* 1.

16 Sed hic lacrymis potiùs, quàm verbis vti deberem; ac deplorare potiùs, quàm enarrare, quæ per ſummum ſcelus ne, an incuriam, ignoro, accidere tantæ digni-

gnitatis, & auctoritatis Archiuio? omniaque notiſſima, ſunt, atque admodum proſpecta Dominis meis Don Didaco de Vceda (antequam ad heſperum potiùs ſuæ vitæ; quàm ad heſperiam properaſſet, vt mœſtiſſimè audiuimus) Præſidentibus omnibus, ac Don Didaco Moles nunc Fiſci Patrono integerrimo; eorumque maxima prudentia, ſapientia, auctoritate: ad ſinceros tramites, ad Catholicæ Monarchiæ verum decus, Regni lumen, Archiuij firmamentum perpetuum, reducenda ſperamus.

Varia recenſentur documenta, pro Archiuij concluſione. CAP. VIII.

1 ANtequam vlteriùs procedatur, aliquæque Regiæ Sanctiones Archiuio conducentes, adducantur: operæ pretium duximus, aliqua pertingere, (non dicamus inconuenientia; nec irrationabilia,) quia non introducta fuere per Rationales Regiæ Cameræ, retroactis temporibus; ſed per aliquot ipſorum ſcribas: & ſunt aſſertiones, quę quotidiè ab ipſiſmet ſcribis fiunt, qui pro liquidatione huius, vel alterius computi, ſiue releuij a Regio Archiuio tot volumina ſolent recipere, quot ipſis placent; & in hunc modum Regium Archiuium ſpoliantes; ita & taliter, prout conſtare, fecimus per ſcripturarum notulas a nobis factas in poſſe Rationalium, Prorationalium, & Scribarum, volumina, ſuper biſmille quatuorcentum vigintiquinque a multis annis reperiri: pręter illa, quæ in eorum poſſe etiam aſſeruantur iam liquidata, & ad Regium Archiuium ſpectantia; ſuntque innumerabilia; ac in eorum priuatis domibus vnuſquiſque fecit ſibi Archiuium: tot caſibus fortuitis, incendijs ſubiectum; in maximum Regij Patrimo-

nij, Archiuij, totiuſque Regni præiudicium: cōtra Regiarum Pragmaticarum formam, omnibus pleniſſimè patet.

2 Nec prætermictendum, quod notorium eſt, vt venientes multi ad Archiuium perquirendum, & ſæpiùs etiam pro Fiſco; nec inuenientes libros ipſis neceſſarios, peruolant mœſtiſſimi (irrationabiliter, & immeritò) per omnes Rationalium, Prorationalium, & Scribarum domos, in quibus pro conſuetis, & tot perquiſitionibus, quot ſunt domus, & Archiuia, perſoluuntur ſportulę, quod non permittendum, ex his quæ de Secretaria dixit Muta *in cap. Sicilia 59. num. 11. lib. 3. & in ſeqq.* agit qui eſſe poſſint Secretarij, & de eorum priuilegijs, ad quem Lectores remittimus.

3 Rationales Regiæ Camerę antiquitùs erant decem vſque ad an. 1535. poſtmodùm duodecim; deinde ad numerum decimum octauum aucti an. 1592. hodiè verò ſunt viginti propter negotiorum multiplicitatem: quorum nomina, cognomina patriaſque habebitis alibi in catalogo noſtro, ab ipſorum primordio vſque ad noſtras tempeſtates. Prorationales ſunt centum, & quindecim.

4 Et ſupra poſita quantum ſint iuris diſpoſitioni incompetentia, nemo eſt inter iuris peritos, qui nos non doceat expreſſum textum *in l. prator ait, §. is autem, verſic. hic autem primum delinquit, ff. de eodem. cap. quoniam contra de probat.* & quod iſta vtilitas Archiuij, tanquàm publica, præferatur priuatæ vtilitati, *l. munerum, §. item, ff. de muner. & honor. l. ſancimus, C. de Sacroſanct. Eccl. l. vn. §. fin. C. de caduc. toll. Auth. res, qua C. com. de leg. cap. mutationes 7. quaſt. 1.* Surdus *dec. 255. num.* 11. Cabed. *deciſ. Luſitan. 74. num. 5. par. 1.* Thomaſet. *in floribus legum reg.* 308. vbi aſſerit procedere quando in communi vtilitate, priuata etiam

in-

includitur: intellige etiam, quando vtilitas publica venit principaliter, non quando ſecundariò, prout in caſu noſtro Surd. *deciſ.* 62. *nu.* 9.

5 Hinc tandem pro Archiuij Choronide ſubiungenda tantum duximus, quæ inter ordinationes inuictiſſimi Caroli V. *fol. mihi* 33. *a t num.* 23. ſub datum Barchinonæ 15. Septembris 1529. reperiuntur inter illas, eſt ſequens capitulum, quod inſertum legitur *in prag.* 20. *de offic. Prec. Caſ. nu.* 3.

6 *Item mandamus, quod nullus omnino Officialis, aut Miniſter Cameræ, ſeu alius quiuis, & præſertim Rationales, Magiſter actorum, Scribæ, & Conſeruator ſcripturarum, audeant de ſcripturis dictæ Cameræ, alicui aliquam oſtendere, ſeu publicare: vel a dicta Camera extrahere originaliter; nec copiam quamcunque alicui dare abſque dicti Locumtenentis, vel eius, qui eius vices geſſerit licentia; cum non ſit conueniens, quod ſcriptura Cameræ præſentatæ inconſultè publicentur, ſub pœna ſui ſalarij, & priuationis officij, arbitrio Maieſtatis noſtræ.*

7 Petrus Toledus ſub eodem Inuictiſſimo Carolo V. ſub datum in Caſtro Nouo Neap. die 10. Iunij 1540. fol. mihi 73. ſic diſpoſuit: *Scriptura omnes conſeruentur in Regia Camera Summariæ in locis conſuetis, vbi per Officiales ad id deputatos, cuſtodiantur, & vnuſquiſque ex Præſidentibus, aut Rationalibus, pro noſtro ſeruitio, illas intueri valeat; nec in proprijs domibus Locumtenentis, aut Præſidentis, prout hactenus fecerunt, detineantur, &c.* videatur Regens Tapia *lib.* 2. *de offic. Proc. Caſ. in prag.* 1. §. *inſuper præcipimus fol.* 183. *num.* 20. *& in prag.* 25. *ſub eod. tit. fol.* 185.

8 Inter pragmaticas verò nouiſſimas, & reformationes Tribunalis Regiæ Cameræ editas ab Excellentiſſimo Comite de Monterey, exequutioni traditas a Don Alphonſo de Carrera Regię Cameræ Locumtenente ocula-

tiſſimo an.1637.*in cap.*2.ſic hiſpanicè legitur.

9 *Tambien mandamos, que de a qui adelante, no ſe ſaquen las cuentas, ni ſcritturas de la dicha Camera de la Summaria ſino que alli ſe uean, y liquidan, para euitar con eſto el enconueniente, que otras vezes ha ſuccedido de perderſe muchas ſcripturas en daño de nueſtra Regia Corte, y de las partes:* vide etiam diſpoſita *in cap.*20.

10 Et *in cap.*47. *Los dichos Rationales contra las ordenes, que eſtan dadas por diuerſas Pragmaticas han abuſado en tener en ſu caſas muchos Regiſtros, y ſcripturas de mi Regia Camera. Y porque tambien eſto es de grãde incõueniente, y conuiene remediarlo, mando, que ningun Racional pueda tener en ſu caſa ningun Regiſtro, ni ſcritturas, ſino que eſtando acauados de eſcriuir los Regiſtros ſe conſignen, y entreguen al Archiuario, para que ſe pongan, y conſeruen en mi Real Archiuio.*

11 Et *in cap.*158. *En conformitad de los ordenado en las pragmaticas de eſſo Reyno, y capitulo de la viſita, que en el hizo el Cardinal Don Gaſpar de Quiroga mando que no ſe ſaquen del Tribunal de la Camera las cuentas preſentadas en ella fenecidas ni pendientes. Y el Lugarteniente lo haga aſſi obſeruar con toda puntualidad. Y los Racionales, y de mas miniſtros de la Camera lo guarden enuiolabilmente con apercinimento, que de la contrauencion ſe les harà cargo. Y que en quãto a los de mas papeles, y eſcretturas, que eſtuuieren en el dicho Tribunal, ſe guarde, y cumpla lo contenido en las dichas pragmaticas.*

12 Die 26. Nouembris 1555. per Regiam Cameram, inſtante Magnifico Regij Fiſci Patrono fuit prouiſum, quod fiat mandatum Magnificis Rationalibus Regiæ Cameræ, quod exceptis computis 12. *&* 13. *ind.* omnia alia computa debeāt reponere in Regio Archiuio per totum craſtinum diem, ſub pœna ducatorum mille, & die 23. Auguſti 1577. fuit etiam latum decretum, quod aſportetur

tur ſcripturæ omnes in Archiuio, ſub pœna ducatorũ 121 & idem confirmatum die 5. Septemb. ex Repert. Squil. *fol. 206. & 223. at.* die 14. Iunij 1584. cum fuiſſet tractatum de repoſitione computorum in Archiuio, fuit iam ordinatum ex lib. notam. R. C. & die 3. Octob. 1589. concluſum, quod tam Rationales, quam Actuarij, alijque Officiales recipiant noua Regeſta manu Archiuarij, per quem imponatur numerus, receptoque vetere Regeſto, aſſignetur illis nouum *ex eod. lib. notam.* R. C.

13 Iſta pro Archiuio Regiæ Cameræ Summariæ, & quæ ad eius inſtitutionem, ac reparationem pertinent, præcipuè in medium proferre non erubuimus, vt quantum tenuitas ingenij, atque laborioſa conditionis, ac vitæ ratio permiſerunt.

14 Et ex his inferri nunc quodammodò poteſt, quãtùm debetur *Inuictiſſimæ Catholicæ Maieſtati Noſtri Domini Regis Philippi IV.* ad æternitatem nati; & quam perfecta ſit eius cognitio, & volũtas, qui miſit adhoc Regnum gubernandum, tot bellorum calamitatibus, & anguſtijs ſauciatum: adhoc Magnum Caſtrum Capuanum; ad iſta Supremi Regni Tribunalia, & Archiuia videnda, illuſtranda *Excellentiſſimum Dominum Don Garciam de Auellaneda, & Haro Comitem de Caſtrilio*, doctrina, prudentia, nobilitate, magnanimitate, fœlicitate nemini ſecundum, & ad firmandam, conſeruandam, augendam fidelitatem, vbertatem, lœtitiam totius Regni genitum: qui ſuo felici regimine ſic omnium vota impleuit, vt non ſolùm eò maiorem ſperare; ſed nec effingere quis ſua ſpõtè vix queat: cui meritò Neapolis ſuam acceptam refert amœnitatem: cuius ope, ne dum inſtauratam experimur tranquillitatẽ; ſed etiam in ſolatium omnis Æui perennabit fœlicitas: at mittamus recenſere; quæ nota abunde ſuis decorata præconijs; Principis enim aures grauare ſuperuacaneum;

cui

Digitized by Google

cui nihil grauiùs,quàm proprijs intereſſe laudibus, quas vltrò delatas,& ſi reſpuat; eas tamen vltrò excipit; quas etiam ab inuitis eius virtutum præſtãtia extorquet. Quid ni? inter Deos,iſtos commendaret antiquitas,cum e monumentis propria virtute reſpondere iubent conſepulta Hœroum cadauera, quorum teſtimonium non niſi in poſteritatis quæſtum mittunt vberiorem: ex quo euenit, vt meritò illam ſibi adſtruant laudem, quam benè Plinius Traiano Iuſtiſſimo Principi detulit,teſtando: *Nullum adeſſe maius munificentiæ munus,quam quod erogatur in poſteros*; & profectò ſi res rectè perpendantur, explicari nõ poteſt, quantùm de toto genere humano, & de omni poſteritate mereantur ij Principes,ac ſint venerandi, qui Archiuia inſtituunt: inſtituta liberaliter fouent,& conſeruant: deſtituta renouant,& reuiuiſcere curant.

De Archiuarijs omnibus Regiæ Cameræ Summariæ. CAP. IX.

1 THomas Auleſia Neapolitanus Bibliothecarius Sereniſſimi Regis Alphonſi, & Archiuarius Regiæ Cameræ ab eodem Alphonſo electus an. 1437.

2 Baſilius de Miro de Graniano Rationalis Regiæ Cameræ,& Archiuarius an. 1455.

3 Hieronymus de Alexandro Neapolitanus Patricius Rationalis Regiæ Cameræ, & Archiuarius an. 1480.

4 Antonius de Ianuario Neapol. Patricius Præſes Regiæ Cameræ,& Archiuarius an. 1500.

5 Pirrus Antonius Saponus Rationalis Regiæ Cameræ,factus deinde Preſes,& Archiuarius an. 1549.

6 Petrus Naſturtius Surrentinus Procurator Fiſcalis,

ſis,ac Præſes Regiæ Cameræ, fuit tanquam Archiuarius Regiæ Cameræ,luſtrando totum Archiuium, vbi ſumm Repertorium inſudando perfecit,aliaque prætioſiora per ipſummet elaborata,ſunt iam deperdita in maximum Archiuij,Regijque Patrimonij detrimentum 1552.& ſeq.

7 Ioannes Paulella Neapol. olim Procurator Regij Fiſci,Archiuarius,renunciauit deinde officium in beneficium Lucæ Antonij eius filij an.1556.

8 Lucas Antonius Paulella de Neapoli 1558.

9 Petrus Paulus de Mari Neapolitanus 1562. filius Io. Vincentij Regij Patrimonij Procuratoris Fiſcalis incurabilem in morbum proiectus , furioſus obijt 1581.

10 Ioannes de Florio e Manfredoniæ Ciuitatis Patricia Familia oriundus,ex Actuario Regiæ Cameræ, Archiuarius electus an.1582. obijt ſimiliter furioſus,ac demens.

11 Franciſcus Antonius Baldinus Patricius Nucerinus Archiuarius Regię Camerę,magni nominis,ſummæque fidelitatis,ſufficientię,integritatis,& in laboribus indefeſſus pro Regio Archiuio , ut eius opera , & Conſultationes R.C.teſtantur ab an.1595.

12 Ioſeph de Raymo Neapolitan. Archiuarius ab an.1607.fuit parum diligens, & pro Archiuio tanquam non natus,ab eius exercitio tandem ſublatus , in eius locum a Regia Camera alter electus.

13 Bartolomeus Chioccarellus Neapolitanus V.I.D. fuit Archiuarius electus in Ioſephi prędicti vicē. Vir magnæ lectionis,& tranſcriptionis;ac in ſcribendo decem,& octo volumina Regię Iuriſdictionis operoſiſſimus,quę hodie originaliter,vt audiuimus,aſſeruantur Madrit in celeberrima Bibliotheca Inuictiſſimi, & glorioſiſſimi Noſtri Regis. a cuius liberalitate biſmille aureos recepit;eique

oblata

Digitized by Google

oblata Præſidentis Regiæ Cameræ dignitate, ac Iudicis M.C.V. vtramque renuit, & ab Vrbano VIII. Canonicatum Sancti Petri de Vrbe, & Epiſcopatum ſimiliter oblatum abnuit; ſemperque admiramur cum in memoriam venit illorum exemplaria, non fuiſſe relicta in hoc magno Archiuio: vix compendium in vnum volumen redactum, ab eodem Auctore, reperitur penes Præſidentes Don Iacobum Capycium Galeotam, Don Carolum Calà, & Iacobum Salernum Fiſcalem, alioſque Regios Miniſtros. Scripſit quoque notitiam omnium Eccleſiarum, & beneficiorum huius Regni Neapolis, quæ de Regio ſunt Iurepatronatus. De ſcriptoribus totius Regni, opus iam diu a nobis deſideratum, vt lucis vſuram aſpiceret; & alia meditabatur; ſed quia fuit ille magis felix in perquirendo, & inueniendo theſaura literaria; quam deinde in explicando, componendo, ac exibendo, reliquit omnia indigeſta, imperfecta. Typis tantùm mandauit de Epiſcopis: & Archiepiſcopis Neapol.

14 Carolus de Gatta Terræ Lauriti in Principatu Citra a die 21. Ian. 1636. *R*egius Archiuarius, qui cum eſſet potius miles, quàm atleta literarius in altercando, recepto ab eius conſanguineo vulnere in capite, infęliciter occubuit die 30. Octobris 1650.

15 Carolus Lucianus Scriba Regiorum Quinternionum, & Matthias Galzeranus Proarchiuarij ab an. 1650. vſque ad 19. Febr. 1651. ambo magna puluere recepta in multorum librorum reuolutione pro Regia Curia, infirmitates mortales ſubſtinuerunt.

16 Nicolaus Topius V.I.D. Patricius Theatinus Auctor præſentis operis, eligitur Archiuarius a tota Regia Camera ſub die 19. Februarij 1651. approbatus a Magno, & Excellentiſſimo Comite de Ognat: multa poſteritati tranſmictenda meditatur; ac inter præcipua, Topographiã to-

totius Regni, cum hac epigraphe: Topographia Regni Neapolitani,& Apparatus ad Annales, ac Hiſtorias omnium Ciuitatum,Terrarum, & Familiarum eiuſdem: vbi adnotantur eorum fundationes,exitia, bella, feudorum conceſſiones,ſtatuum viciſſitudines,prodigia:Omnes Viri illuſtres, qui eodem in Regno nati: Armis, Literis, Dignitatibus,Sanctitatibus,claruere: cum eorum elogijs, & epitaphijs: Eccleſiarum erectiones, Epiſcoporum Series, Catalogus ſeptem Supremorum Regni Magiſtratuum; omniumque Ducum, Principum,Marchionum, Comitum,& Baronum; cum poſtrema foculariorum numeratione,cuius a Regia Camera, nunc ratio habetur: Omnes Nobiles Familiæ,ſiuè vigentes, ſiuè extinctæ ad noſtram vſque ætatem.Regum Chronologia: Varia,vbique admiranda Naturæ,& Artis in Montibus, Syluis, Stagnis,Fluminibus, Mediterraneo, atque Adriatico Pelagis, omni fide,parique diligentia declarantur. Deſumpta a quampluribus diuerſorum idiomatum Auctoribus, tàm typis datis; quàm manu exaratis: e quibus multi, aut laudantur,explicantur, aut emendantur, vel aliquo modo illuſtrantur,cum Vaticanæ Bibliothecæ Regeſtis; ac Regiorum Archiuiorum monumentis: Tabulis Geographicis ære inciſis; & Ciuitatum,Oppidorum,ac Familiarum nobilium inſignibus,in decem volumina diſtributa.*Sereniſſimæ, ac perpetuò Auguſtiſſimæ Maieſtati Philippi Quarti verè Maximi,Catholici,Orbis Miraculi,et Monarchæ dicãda.* In qua Auctor per quindecim ferè annos inſudat, vt doctis, eruditiſque currentis ſæculi ſapiat. Magiſtratuum omnium Regni,Volumen alterum. Beneficiorum, & Iuriſpatronatuum Regiorum, & priuatorum collectanea; aliaque miſcellanea Hiſtorico-Iuridica, ſubciſiuis horis abſoluenda.

17 Ioannes Vaſquez de Laureda Hiſpanus Gallæ-

Digitized by Google

cius,Officialis maior in Secretaria bellica Neapol.in ædibus Excellentiſſimi Domini Viceregis ab an. 1644. vir moribus,& vita probatiſſimus, in negotijs aulicis exactũ regimen tangentibus, ſolertiſſimus : ob eius geſta,a potentiſſimo Domino Rege noſtro Philippo IV. Archiuium Regiæ Cameræ Summariæ obtinuit, illiuſque poſſeſſionem,ſub die 16. Septembris 1654. cum facultate ſubſtituendi;& ab Excellentiſſimo Comite de Caſtrilio Prorege,eiuſque Collaterali Conſilio, ad Regiæ Cameræ relationem,exequutoriatum priuilegium habuit cum limitatione vnius anni tantum , ad hoc vt Sua Maieſtas benè certiorata,dignetur interim mandare,quod ſibi placuerit.

E Monumentis R. C. ex proceſſ.inter Magnif. Rationales,& Archiu. penes Franciſc. Palumbum; ac notamen. Archiu. Franc. Ant. Baldin.

NI-

Digitized by Google

NICOLAI TOPII

LIBER TERTIVS.

Magiſtratuum Regni Neapolitani, cum Romanorum Magiſtratibus comparatio. CAP. I.

1 SVb Rege Romanorum erat tribunus celerum, cuius loco exactis Regibus, ſub Dictatore fuit Magiſter equitum, poteſtateque in Principem veluti perpetuum dictatorem translata: Magiſtro equitum,ſub Imperatore,ſucceſſit Præfectus prætorio.

2 Prætor enim apud antiquos omnis Magiſtratus dictus eſt,cui exercitus parebat, & prætorium prætoris tabernaculum, quo nomine poſtea aula Principis dicta eſt, cui qui prȩerat Prȩfectus prætorio dicebatur; & quia in tres partes tunc terrarum orbis diſtinguebatur, triplex etiam fuit Romani Principis prætorium, & imperij ſedes, in Oriente,Africa,& Illyrio. Quibus ſingulis prȩerat vnus Præfectus prætorio: cuius poteſtas cò paulatim creuit, vt ſuum imperium, & omnimoda iuriſdictio, citra etiam appellandi ius, penes eum fuerit; hodieque imperio Cæſaris noſtri in tot Regna diſtributo, qui ſingulis Regnis præeſt, quem nos vulgo,Viceregem,appellamus non ineptè Præfectus prætorio dicitur, licet contra ſentiat Andr.dȩ Iſern. *in l. Imperialem in princ. de proh. alien.per Fridericum*,ſub ijs etiã fuit cohors prȩtoria,cuius cohortis milites,ſæculo præterito,vulgò *Continuos* dicebantur.

3 Senatorum Romanorum ſumma erat poteſtas, & quanta poſtea in Principe fuit. Senatores ſub poſterioribus Principibus Comites conciſtoriales dicti ſunt, quorum in numero erat ipſe Imperator, *l.ius ſenatorum*, *C.de dignitat.* dictique Senatores a ſenectute, quod in eum ordinem a Romulo Seniores lecti ſunt; quo nomine etiam ſub Germanis principibus dicti, idque ad nos hodie defluxit, qui nobilium virorum nominibus Seniorem, corruptè verò, ſegnorem, preponere ſolemus, vt colligitur ex *cap.1.de proh.alien. per Lotarium* Senatorum, ſiue ſeniorum, & Comitum conſiſtorialium loco ſunt hodie, quos in Regno Barones appellamus.

4 Proconſules, & Præſides Prouinciarum, qui Prouincijs præerant, illa enim orbis terrarum diuiſio, quam triplicem, ſub Imperatoribus diximus, triplex etiam tempore Senatus fuit. Orbis enim vniuerſi tres partes fuere. Italiæ Prouinciæ ita dictæ, quia procul ab Italia victæ ſunt. Prima omnium Prouincia Sicilia appellata eſt, & regna.

5 Ex Regibus, alij Socij, alij vectigales, alij hoſtes erãt Populi Rom. qui ſuis legibus viuebant, ſed Romani Prouincialibus tantùm magiſtratus dabant, Itali ſibi eos legebant; ex Prouincijs itaque aliæ Conſulares, quæ electis conſulibus decernebantur, aliæ prætoriæ fuerant, quibus, qui præerant, Proconſules, Prætores et Præſides dicebantur, quorum omnium par erat poteſtas *l.1.ff.de offic. Præſid.* licèt Præſidis nomen generale, Proconſulis ſpeciale eſſet *l.1.ff.de offic.Procon.* Præſides, & Proconſules etiam correctores dicti ſunt, *l.legatus, ff.de offic. Præſ.* qui poſſunt hodie commodè dici, qui in *Conſtit. Regni Iuſtitiarij*, vulgò *Gubernatores* Prouinciarum appellantur.

6 Prætores, de horum origine, & numero latiſſimè ha-

habes *in l.* 2. *ff. de orig. iu.* hi ſingulis locis certo ordine præe-rant, qui vulgo dici poſſunt vrbium, & oppidorum *Capitanei*, & etiam Regens Magnæ Curiæ Vicariæ.

7 Præfectus Vrbis, huius poteſtas quandoque præcipua fuit, & par præfecti prætorio, *l.* 1. *ff. de offic. Praef. praet.* ad hunc magiſtratum ſpectabat cognitio rerum capitalium, *l.* 1. *ff. eod. tit.* & poſſunt vulgo dici, quibuſdam in locis, vbi diſtinctum eſt merum a mixto imperio, vt in vrbe Caietæ Capitanei. Horum etiam fuerat curare, ne carnes, & edulia cariùs venirent, quo nomine in Vrbe Neapolitana dici poteſt, qui vulgo *Iuſtitiarius, ſeù Graſſerius* dicitur.

8 Ædiles, horum erat duplex ordo, patriciorum, & plebeiorum, ex his alij erant ludorum ſollenniun, rerumque publicarum, & ædium curatores, quorum loco eſt hodie, qui vulgò Neapoli, Portulanus dicitur.

9 Alij annonæ Præfecti erant, quorum hodie poteſtas in quibuſdam penes eos eſt, quos vulgò *Electos* Vrbis dicimus,

10 *Quaeſtores*: varia fuerunt Quæſtorum genera, ſed quod ad rem noſtram faciat, Quæſtor, a quærendo dictus, quod verbum rei pecuniariæ, & criminibus conuenit. Quæſtores dici poſſunt, qui vulgò *Perceptores* Prouinciarum dicuntur, ſub quibus ſunt coactores, qui vulgò eorũ Locumtenentes dicuntur. Is qui Quæſtoribus præeſt, latinè Præfectus Fiſci dicitur, vulgò Theſaurarius, qui & Theſaurienſis *l.* 2. *de pal. ſalar.* ſunt & Præfecti ærarij, quos hodie vulgò *Deputatos* pecuniæ Neapoli appellamus, Fiſcus enim Principis, Ærarium publicum eſt patrimonium. Quæſtor ærarius vulgò *Perceptor* Magnæ Curiæ. Quæſtor verò criminum, de quo Virgil.

Quaeſtor Minos vrnam mouet.

Ceſſat hodie hoc officium, qui & curioſi, & ſtationarij dicebantur.

11 Le-

11 *Legatus* cum imperio extra vrbem dabatur; hic abſente tantum Magiſtratu iuriſdictionem exercebat;ſed legati Cæſaris erat perpetuum imperium, par Correctoris,& Præſidis,*l.legatus,ff.de offic.Præf.*& ſunt hodie Vicarij quorundam, quos vulgò ſeptem Regni Officiales appellamus.

12 *Procurator* Fiſci ſummus Magiſtratus,vulgò *Conſeruator patrimonij.*

13 Procuratores Cæſaris, qui litibus iudicandis inter Fiſcum,& priuatum præſunt, vulgò *Locumtenens,& Præſidentes Regiæ Cameræ.*

14 *Aſſeſſores* Principis,vulgò *Regij Conſiliarij.* Summus eorum Magiſtratus, quibus qui præeſt candidatus Principis,vulgò *Præſidens Sacri Conſilij*, appellatur.

15 *Iudices* alij erant capitales, alij ciuiles. Quatuor viri capitales ſunt hodie Iudices criminales Magnę Curiæ.Duumuiri litibus iudicandis eiuſdem Magnæ Curiæ Iudices ciuiles.

16 *Præfectus* rationum vulgò Scriba rationis.

17 *Præfecti* libellorum, & poſtulationum vulgò *Regentes* Regiam *Cancellariam.*

18 *Magiſter* Scriniorum, & Notarius: quæ nomina ſunt ampliſſimæ dignitatis, vulgò in Regno Secretarius dicitur.Hi verò quibus ipſe præeſt Cancellarij, quod ſe intra cancellos ad arcenda populi faſtidia continebant. Qui verò hodie Notarij dicuntur, hi prius erant Numerarij,Tabularij perſonæ publicæ; ſerui publici, ſerui conditionales,tabularij conditionales,ſcriptuarij.

19 *Limenarchæ*, portuum cuſtodes, vulgò Neapoli Guardiani portus,& in Prouincijs Magiſtri Portulani.

20 *Defenſores Ciuitatis*, qui & Syndici græcè, & ità vulgò appellantur, qui lites & negotia Ciuitatis curent, & aduocati etiam dicuntur.

21 Co-

21 *Comites* nomen eſt dignitatis, de quo fit mentio *in l. diem functo, ff. de off. aſſ.* & Collaterales Principis Comites dicti ſunt, *l. vn. C. de præp. ſa. cub. lib.* 12. quia maximis rebus plerumque præponebantur, & inde Comes rerum priuatarum, vulgò *Maiordomus* Principis. Comes ſacri palatij, vulgò *Mareſcallus*. Comes militum Magnus Comeſtabilis. Comes theſaurorum, vulgò *Theſaurarius*. Comes ſacrarum largitionum, vulgò *Eleemoſinarius maior*.

22 *Iudices militares*, vulgò *Auditores* exercitus.

23 *Præfectus* vigilum, huic in aliquibus par eſt, qui hodie Neapoli Alguzerius maior, ſeù Capitanei guardiæ appellantur.

24 *Magiſter officiorum*, qui vulgò *Oſtiarius*, ſeù *Vſcerius*, *& Magiſter* cerimoniarum appellantur.

25 *Viatores*, apparitores, & Nuntij, qui Magiſtratibus præſto sunt ad quos pertinet citare reos, & inquiſitos in carcerem ducere, vulgò *Porterÿ*, *& sbirri*, & quandoque pro Tabellario, qui vulgò *Currerius*.

26 *Locorum Seruatores*, qui per *Regni Conſtitut.* Cuſtodes locorum appellantur, quos Vniuerſitates tenentur certis locis diſponere ad compeſcenda crimina. Quod ſi non fecerint, tenentur emendare totum damnum, niſi ſubſint iuriſdictioni Baronis: quo caſu tenetur ad dimidium Baro, ad dimidium Vniuerſitas, vt in *Conſtit. Regni Super inciſianibus*.

27 *Decuriones* dicti, qui ad curam coloniæ eligebantur, *l. pupillus, §. decuriones, ff. de ver. ſignif.* quibus quoad quædam, ſimiles ſunt, qui in Vrbe Neapolitana, & in aliquibus Regni Ciuitatibns, vulgò *Electi* appellantur.

28 *Prædiatores*, vulgò *Tabularii*. Ex Scip. Capycio, Pancirolo, Lazio, Roſino, Dempſtero, alijſque communiter.

De

De admiranda Magiſtratuum dignitate. *CAP. II.*

1 MAgna, & admiranda ſemper eſt Magiſtratuũ dignitas, adeò vt Plato lib. 6. de legibus poſt Deos immortalis eos homines primas habere dicat: honoris & gloriæ ſedes, qui publici muneris Magiſtratus gerunt, & ſua virtute aliorum vitam moderantur; proximaſque a Deo partes Magiſtratus, & Principes obtinere refert Maſtril. *in tract. de Magiſtro, & Pret. 2. cap. 3. fol. 120. num. 1.*

2 Et poſt diuinam, Imperatoriam, & Regiam, Maieſtatem Prætoriam numerant Doctores a dicto Maſtril. cit. quia Principes Ciuitatis dicuntur allegando *l. Spadonem, §. ſi Ciuitatis Princeps, ff. de excuſat. tut.* Bouadil. poſt multos relatos *lib. 3. polit. cap. 2. num. 9.* ac ſecundum Cælium Rodiq. poſt Ariſt. *lib. 12 lection. antiq. cap. 46.* ire ad Magiſtratum, eſt ire ad ipſum ius Caſſan. Catal. glor. mũdi *par. 7. conſid. 24. verſ. & quia,* Magiſtratus a Deo poſiti ſunt, dijque vocantur in Deuter. 22. *verſ.* 8. cum ſimilibus; illiſque etiam Ethnicis obediendum eſſe per Chriſti fideles præcepit Paulus Apoſtolus ad Rom. 13.

3 Et dicuntur clariſſimi *Auth. ſi vero contingerit*, ibi, *vna cum clariſſimo Iudice, C. de iudic.* & illuſtres etiam nuncupantur Supremi Magiſtratus ad tex. *in l. ſi quis in ver. illuſtrium, C. ad leg. Iul. Maieſt.* Caſſan. *in Catal. glor. mundi par. 8. conſ. 10. & 11.* Boer. *de aut. Magni Conſ. num. 3.* Surgos *de Neap. illuſtr. cap. 27. num. 16.* vbi ait quod licèt a Rege nominentur Magnifici; attamen idem eſt titulus cum illuſtri Tiraq. *de nobilit. cap. 8. num. 15.* imò pluris eſt Magnificus, quam illuſtris, vt conſtat *ex proh. Inſtit. §. 2.*

vbi

Digitized by Google

vbi Trebonianus appellatur Magnificus, Theophilus autem, & Dorotheus illuſtres; & tamen longè dignior erat ille, quam hi; licèt hodie conſuetudine aliter ſit receptum Maſtril. *vbi ſupra.*

4 Vnde ex Magiſtratus officio nobiles, & illuſtres redduntur, vt per Bald. *in l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12. Decian. *reſp. 66. vol. 3. num.* 74. & Reg. Tap. *de Conſtitut. Prin. cap.* 4. *num.* 112. & ſic ab omnibus honorari debent, *l. omnem honorem, C. quan. prouoc. non eſt neceſ.* quem textum commendant Bald. & Salyc. ad idem *in l. Indices*, & ibi Lucas de Penna, & *in l. pen. C. de veter. lib.* 12. & Maſtril. *vbi ſupra.*

5 Apud Romanos conſtitutum fuerat neminem equo inſedentem ad Conſulem venire poſſe, ſed honoris gratia antequam Conſuli appropinquaſſet, deſcendere, vt refert Valer. Max. *in tit. de Inſtit. antiq.*

6 Hinc ortum habuiſſe arbitratur, quod inferiores Magiſtratus domus ſuperiorum ingredientes, inſignia in portis deponere conſueuerunt, ad tex. *in l. Proconſules*, vbi Bart. & alij, *ff. de offic. Procon.* Alex. ab Alex. *lib.* 2. *dierum genial. cap.* 27.

7 Magnus honor Magiſtratibus debetur, ijque a Principe præmijs afficiendi, inquit Reg. de Ponte *de elect. offic.* §. 6. *num.* 5. cum in his Magiſtratus ſplendor conſiſtat ex Ariſt. *polit. lib.* 3. *cap.* 9. & Maſtril. *vbi ſupra*, maximè ſi Principi liberè, rectèque conſulant, vt dixit Iſocrates *in Rapſod. cap.* 18. ibi: *Hos fidos exiſtima, non qui quidquid dixeris, feceriſue laudant, ſed qui errantem increpat; permitte prudentibus liberè loquendi facultatem, vt ſi quid extiterit, de quo ambigas, habeas cum quibus rem expendere poſſis, & ne timeant ob id ſuam gratiam, fauorem, & beneuolentiam amittere.*

8 Hæc autem, quæ de Magiſtratibus in genere dicta ſunt, multò fortius in Supremis Præſidibus, Conſiliarijs,

oblata Præſidentis Regiæ Cameræ dignitate, ac Iudicis M.C.V. vtramque renuit, & ab Vrbano VIII. Canonicatum Sancti Petri de Vrbe, & Epiſcopatum ſimiliter oblatum abnuit; ſemperque admiramur cum in memoriam venit illorum exemplaria, non fuiſſe relicta in hoc magno Archiuio: vix compendium in vnum volumen redactum, ab eodem Auctore, reperitur pęnes Præſidentes Don Iacobum Capycium Galeotam, Don Carolum Calà, & Iacobum Salernum Fiſcalem, alioſque Regios Miniſtros. Scripſit quoque notitiam omnium Eccleſiarum, & beneficiorum huius Regni Neapolis, quæ de Regio ſunt Iurepatronatus. De ſcriptoribus totius Regni, opus iam diu a nobis deſideratum, vt lucis vſuram aſpiceret; & alia meditabatur; ſed quia fuit ille magis felix in perquirendo, & inueniendo theſaura literaria; quam deinde in explicando, componendo, ac exibendo, reliquit omnia indigeſta, imperfecta. Typis tantùm mandauit de Epiſcopis: & Archiepiſcopis Neapol.

14 Carolus de Gatta Terræ Lauriti in Principatu Citra a die 21. Ian. *1636. R*egius Archiuarius, qui cum eſſet potius miles, quam atleta literarius in altercando, recepto ab eius conſanguineo vulnere in capite, infęliciter occubuit die *3*0. Octobris *165*0.

15 Carolus Lucianus Scriba Regiorum Quinternionum, & Matthias Galzeranus Proarchiuarij ab an. *165*0. vſque ad *19*. Febr. *165*1. ambo magna puluere recepta in multorum librorum reuolutione pro Regia Curia, infirmitates mortales ſubſtinuerunt.

16 Nicolaus Topius V.I.D. Patricius Theatinus Auctor præſentis operis, eligitur Archiuarius a tota Regia Camera ſub die *19*. Februarij *165*1. approbatus a Magno, & Excellentiſſimo Comite de Ognat: multa poſteritati tranſmictenda meditatur; ac inter præcipua, Topographiã

to-

totius Regni, cum hac epigraphe: Topographia Regni Neapolitani,& Apparatus ad Annales, ac Hiſtorias omnium Ciuitatum,Terrarum, & Familiarum eiuſdem: vbi adnotantur eorum fundationes,exitia, bella, feudorum conceſſiones,ſtatuum viciſſitudines,prodigia:Omnes Viri illuſtres, qui eodem in Regno nati: Armis, Literis, Dignitatibus,Sanctitatibus,claruere: cum eorum elogijs, & epitaphijs: Eccleſiarum erectiones, Epiſcoporum Series, Catalogus ſeptem Supremorum Regni Magiſtratuum; omniumque Ducum, Principum,Marchionum, Comitum,& Baronum; cum poſtrema focularioꝛum numeratione,cuius a Regia Camera, nunc ratio habetur: Omnes Nobiles Familiæ,ſiuè vigentes, ſiuè extinctæ ad noſtram vſque ætatem.Regum Chronologia: Varia,vbique admiranda Naturæ,& Artis in Montibus, Syluis, Stagnis,Fluminibus, Mediterraneo, atque Adriatico Pelagis, omni fide,parique diligentia declarantur. Deſumpta a quampluribus diuerſorum idiomatum Auctoribus, tàm typis datis; quàm manu exaratis: e quibus multi, aut laudantur,explicantur, aut emendantur, vel aliquo modo illuſtrantur,cum Vaticanæ Bibliothecæ Regeſtis; ac Regiorum Archiuiorum monumentis: Tabulis Geographicis ære inciſis; & Ciuitatum,Oppidorum,ac Familiarum nobilium inſignibus,in decem volumina diſtributa.*Sereniſſimæ, ac perpetuò Auguſtiſſimæ Maieſtati Philippi Quarti verè Maximi,Catholici,Orbis Miraculi,et Monarchæ dicāda.* In qua Auctor per quindecim ferè annos inſudat, vt doctis, eruditiſque currentis ſæculi ſapiat. Magiſtratuum omnium Regni,Volumen alterum. Beneficiorum, & Iuriſpatronatuum Regiorum, & priuatorum collectanea; aliaque miſcellanea Hiſtorico-Iuridica, ſubciſiuis horis abſoluenda.

17 Ioannes Vaſquez de Laureda Hiſpanus Gallæ-

cius,Officialis maior in Secretaria bellica Neapol.in ædibus Excellentiſſimi Domini Viceregis ab an. 1644. vir moribus,& vita probatiſſimus, in negotijs aulicis exactū regimen tangentibus, ſolertiſſimus: ob eius geſta,a potentiſſimo Domino Rege noſtro Philippo IV. Archiuium Regiæ Cameræ Summariæ obtinuit, illiuſque poſſeſſionem,ſub die 16. Septembris 1654. cum facultate ſubſtituendi;& ab Excellentiſſimo Comite de Caſtrilio Proregе,eiuſque Collaterali Conſilio, ad Regiæ Cameræ relationem,exequutoriatum priuilegium habuit cum limitatione vnius anni tantum, ad hoc vt Sua Maieſtas benè certiorata,dignetur interim mandare,quod ſibi placuerit.

E *Monumentis* R. C. *ex proceſſ. inter Magnif. Rationales,& Archiu. penes Franciſc. Palumbum; ac notamen. Archiu. Franc. Ant. Baldin.*

NI-

Digitized by Google

NICOLAI TOPII
LIBER TERTIVS.

Magiſtratuum Regni Neapolitani, cum Romanorum Magiſtratibus comparatio. CAP. I.

1 SVb Rege Romanorum erat tribunus celerum, cuius loco exactis Regibus, ſub Dictatore fuit Magiſter equitum, poteſtateque in Principem veluti perpetuum dictatorem translata: Magiſtro equitum, ſub Imperatore, ſucceſſit Præfectus prætorio.

2 Prætor enim apud antiquos omnis Magiſtratus dictus eſt, cui exercitus parebat, & prætorium prætoris tabernaculum, quo nomine poſtea aula Principis dicta eſt, cui qui pręerat Pręfectus prætorio dicebatur; & quia in tres partes tunc terrarum orbis diſtinguebatur, triplex etiam fuit Romani Principis prætorium, & imperij ſedes, in Oriente, Africa, & Illyrio. Quibus ſingulis pręerat vnus Præfectus prætorio: cuius poteſtas eò paulatim creuit, vt ſuum imperium, & omnimoda iuriſdictio, citra etiam appellandi ius, penes eum fuerit; hodieque imperio Cæſaris noſtri in tot Regna diſtributo, qui ſingulis Regnis præeſt, quem nos vulgo, Viceregem, appellamus non ineptè Præfectus prætorio dicitur, licet contra ſentiat Andr. dę Iſern. *in l. Imperialem in princ. de proh. alien. per Fridericum*, ſub ijs etiã fuit cohors prętoria, cuius cohortis milites, ſæculo præterito, vulgò *Continuos* dicebantur.

Digitized by Google

3 Senatorum Romanorum ſumma erat poteſtas, & quanta poſtea in Principe fuit. Senatores ſub poſterioribus Principibus Comites conciſtoriales dicti ſunt, quorum in numero erat ipſe Imperator, *l.ius ſenatorum, C.de dignitat.* dictique Senatores a ſenectute, quod in eum ordinem a Romulo Seniores lecti ſunt; quo nomine etiam ſub Germanis principibus dicti, idque ad nos hodie defluxit, qui nobilium virorum nominibus Seniorem, corruptè verò, ſegnorem, prçponere ſolemus, vt colligitur ex *cap.1.de prob.alien. per Lotarium* Senatorum, ſiue ſeniorum, & Comitum conſiſtorialium loco ſunt hodie, quos in Regno Barones appellamus.

4 Proconſules, & Præſides Prouinciarum, qui Prouincijs præerant, illa enim orbis terrarum diuiſio, quam triplicem, ſub Imperatoribus diximus, triplex etiam tempore Senatus fuit. Orbis enim vniuerſi tres partes fuere. Italiæ Prouinciæ ita dictæ, quia procul ab Italia victæ ſunt. Prima omnium Prouincia Sicilia appellata eſt, & regna.

5 Ex Regibus, alij Socij, alij vectigales, alij hoſtes erãt Populi Rom. qui ſuis legibus viuebant, ſed Romani Prouincialibus tantùm magiſtratus dabant, Itali ſibi eos legebant; ex Prouincijs itaque aliæ Conſulares, quæ electis conſulibus decernebantur, aliæ prætoriæ fuerant, quibus, qui præerant, Proconſules, Prætores et Præſides dicebantur, quorum omnium par erat poteſtas *l. 1. ff. de offic. Præſid.* licèt Præſidis nomen generale, Proconſulis ſpeciale eſſet *l.1. ff. de offic. Procon.* Præſides, & Proconſules etiam correctores dicti ſunt, *l.legatus, ff. de offic. Præſ.* qui poſſunt hodie commodè dici, qui in *Conſtit. Regni Iuſtitiarij*, vulgò *Gubernatares* Prouinciarum appellantur.

6 Prætores, de horum origine, & numero latiſſimè ha-

habes *in l.2.ff.de orig.iu.* hi ſingulis locis certo ordine præerant, qui vulgo dici poſſunt vrbium, & oppidorum *Capitanei*, & etiam Regens Magnæ Curiæ Vicariæ.

7 Præfectus Vrbis, huius poteſtas quandoque præcipua fuit, & par præfecti prætorio, *l.1.ff. de offic. Præf. præt.* ad hunc magiſtratum ſpectabat cognitio rerum capitalium, *l.1.ff. eod tit.* & poſſunt vulgo dici, quibuſdam in locis, vbi diſtinctum eſt merum a mixto imperio, vt in vrbe Caietæ Capitanei. Horum etiam fuerat curare, ne carnes, & edulia cariùs venirent, quo nomine in Vrbe Neapolitana dici poteſt, qui vulgo *Iuſtitiarius, ſeù Graſſerius* dicitur.

8 Ædiles, horum erat duplex ordo, patriciorum, & plebeiorum, ex his alij erant ludorum ſollenniun, rerumque publicarum, & ædium curatores, quorum loco eſt hodie, qui vulgò Neapoli, Portulanus dicitur.

9 Alij annonæ Præfecti erant, quorum hodie poteſtas in quibuſdam penes eos eſt, quos vulgò *Electos* Vrbis dicimus,

10 *Quæſtores*: varia fuerunt Quæſtorum genera, ſed quod ad rem noſtram faciat, Quæſtor, a quærendo dictus, quod verbum rei pecuniariæ, & criminibus conuenit. Quæſtores dici poſſunt, qui vulgò *Perceptores* Prouinciarum dicuntur, ſub quibus ſunt coactores, qui vulgò eorũ Locumtenentes dicuntur. Is qui Quæſtoribus præeſt, latinè Præfectus Fiſci dicitur, vulgò Theſaurarius, qui & Theſauricenſis *l. 2. de pal. ſalar.* ſunt & Præfecti ærarij, quos hodie vulgò *Deputatos* pecuniæ Neapoli appellamus, Fiſcus enim Principis, Ærarium publicum eſt patrimonium. Quæſtor ærarius vulgò *Perceptor* Magnæ Curiæ. Quæſtor verò criminum, de quo Virgil.

Quæſtor Minos vrnam mouet.

Ceſſat hodie hoc officium, qui & curioſi, & ſtationarij dicebantur.

11 *Le-*

11 *Legatus* cum imperio extra vrbem dabatur; hic abſente tantum Magiſtratu iuriſdictionem exercebat;ſed legati Cæſaris erat perpetuum imperium, par Correctoris,& Præſidis,*l.legatus,ff.de offic.Præf.*& ſunt hodie Vicarij quorundam, quos vulgò ſeptem Regni Officiales appellamus.

12 *Procurator* Fiſci ſummus Magiſtratus,vulgò *Conſeruator patrimonij.*

13 *Procuratores* Cæſaris, qui litibus iudicandis inter Fiſcum,& priuatum præſunt, vulgò *Locumtenens,& Præſidentes Regiæ Cameræ.*

14 *Aſſeſſores* Principis,vulgò *Regij Conſiliarij.* Summus eorum Magiſtratus, quibus qui præeſt candidatus Principis,vulgò *Præſidens Sacri Conſilij,* appellatur.

15 *Iudices* alij erant capitales, alij ciuiles. Quatuor viri capitales ſunt hodie Iudices criminales Magnę Curiæ.Duumuiri litibus iudicandis eiuſdem Magnæ Curiæ Iudices ciuiles.

16 *Præfectus* rationum vulgò Scriba rationis.

17 *Præfecti* libellorum, & poſtulationum vulgò *Regentes* Regiam *Cancellariam.*

18 *Magiſter* Scriniorum, & Notarius: quæ nomina ſunt ampliſſimæ dignitatis, vulgò in Regno Secretarius dicitur.Hi verò quibus ipſe præeſt Cancellarij, quod ſe intra cancellos ad arcenda populi faſtidia continebant. Qui verò hodie Notarij dicuntur, hi prius erant Numerarij,Tabularij perſonæ publicæ; ſerui publici, ſerui conditionales,tabularij conditionales,ſcriptuarij.

19 *Limenarchæ,* portuum cuſtodes, vulgò Neapoli Guardiani portus,& in Prouincijs Magiſtri Portulani.

20 *Defenſores Ciuitatis,* qui & Syndici græcè, & ità vulgò appellantur, qui lites & negotia Ciuitatis curent, & aduocati etiam dicuntur.

21 *Comites* nomen eſt dignitatis, de quo fit mentio *in l. diem functo, ff. de off. aſſ.* & Collaterales Principis Comites dicti ſunt, *l. vn. C. de præp. ſa. cub. lib.* 12. quia maximis rebus plerumque præponebantur, & inde Comes rerum priuatarum, vulgò *Maiordomus* Principis. Comes ſacri palatij, vulgò *Mareſcallus*. Comes militum Magnus Comeſtabilis. Comes theſaurorum, vulgò *Theſaurarius*. Comes ſacrarum largitionum, vulgò *Eleemoſinarius maior*.

22 *Iudices militares*, vulgò *Auditores* exercitus.

23 *Præfectus* vigilum, huic in aliquibus par eſt, qui hodie Neapoli Alguzerius maior, ſeù Capitanei guardiæ appellantur.

24 *Magiſter officiorum*, qui vulgò *Oſtiarius*, ſeù *Vſcerius*; *& Magiſter* cerimoniarum appellantur.

25 *Viatores*, apparitores, & Nuntij, qui Magiſtratibus præſto ſunt ad quos pertinet citare reos, & inquiſitos in carcerem ducere, vulgò *Porterij*, *& sbirri*, & quandoque pro Tabellario, qui vulgò *Currerius*.

26 *Locorum Seruatores*, qui per *Regni Conſtitut.* Cuſtodes locorum appellantur, quos Vniuerſitates tenentur certis locis diſponere ad compeſcenda crimina. Quod ſi non fecerint, tenentur emendare totum damnum, niſi ſubſint iuriſdictioni Baronis: quo caſu tenetur ad dimidium Baro, ad dimidium Vniuerſitas, vt in *Conſtit. Regni Super inciſionibus*.

27 *Decuriones* dicti, qui ad curam coloniæ eligebantur, *l. pupillus*, *§. decuriones, ff. de ver. ſignif.* quibus quoad quædam, ſimiles ſunt, qui in Vrbe Neapolitana, & in aliquibus Regni Ciuitatibns, vulgò *Electi* appellantur.

28 *Prædiatores*, vulgò *Tabularii*. Ex Scip. Capycio, Pancirolo, Lazio, Roſino, Dempſtero, alijſque communiter.

Digitized by Google

De admiranda Magiſtratuum dignitate. CAP. II.

1 MAgna, & admiranda ſemper eſt Magiſtratuũ dignitas, adeò vt Plato lib.6. de legibus poſt Deos immortalis eos homines primas habere dicat: honoris & gloriæ ſedes, qui publici muneris Magiſtratus gerunt, & ſua virtute aliorum vitam moderantur; proximaſque a Deo partes Magiſtratus, & Principes obtinere refert Maſtril. *in tract. de Magiſtro, & Prat. 2. cap. 3. fol. 120. num. 1.*

2 Et poſt diuinam, Imperatoriam, & Regiam, Maieſtatem Prætoriam numerant Doctores a dicto Maſtril. cit. quia Principes Ciuitatis dicuntur allegando *l. Spadonem, §. ſi Ciuitatis Princeps, ff. de excuſat. tut.* Bouadil. poſt multos relatos *lib. 3. polit. cap. 2. num. 9.* ac ſecundum Cælium Rodiq. poſt Ariſt. *lib. 12 diction. antiq. cap. 46.* ire ad Magiſtratum, eſt ire ad ipſum ius Caſſan. Catal. glor. mũdi *par. 7. conſid. 24. verſ. & quia,* Magiſtratus a Deo poſiti ſunt, dijque vocantur in Deuter. 22. *verſ.* 8. cum ſimilibus; illiſque etiam Ethnicis obediendum eſſe per Chriſti fideles præcepit Paulus Apoſtolus ad Rom. 13.

3 Et dicuntur clariſſimi *Auth. ſi vero contingerit*, ibi, *vna cum clariſſimo Iudice, C. de iudic.* & illuſtres etiam nuncupantur Supremi Magiſtratus ad tex. *in l. ſi quis in ver. illuſtrium, C. ad leg. Iul. Maieſt.* Caſſan. *in Catal. glor. mundi par. 8. conſ. 10. & 11.* Boer. *de aut. Magni Conſ. num. 3.* Surgos *de Neap. illuſtr. cap. 27. num. 16.* vbi ait quod licèt a Rege nominentur Magnifici; attamen idem eſt titulus cum illuſtri Tiraq. *de nobilit. cap. 8. num. 15.* imò pluris eſt Magnificus, quam illuſtris, vt conſtat *ex proh. Inſtit.* §. 2. vbi

vbi Trebonianus appellatur Magnificus, Theophilus autem, & Dorotheus illuſtres; & tamen longè dignior erat ille,quam hi;licèt hodie conſuetudine aliter ſit receptum Maſtril.*vbi ſupra.*

4 Vnde ex Magiſtratus officio nobiles, & illuſtres redduntur,vt per Bald.*in l.Iudices,C.de dignit. lib.*12.Decian.*reſp.66.vol.3.num.*74.& Reg.Tap.*de Conſtitut. Prin. cap.*4.*num.*112.& ſic ab omnibus honorari debent, *l.omnem honorem,C.quan.prouoc. non eſt neceſ.* quem textum commendant Bald. & Salyc. ad idem *in l. Iudices*, & ibi Lucas de Penna, & *in l.pen. C.de veter.lib.*12. & Maſtril. *vbi ſupra.*

5 Apud Romanos conſtitutum fuerat neminem equo inſedentem ad Conſulem venire poſſe, ſed honoris gratia antequam Conſuli appropinquaſſet,deſcendere,vt refert Valer.Max.*in tit.de Inſtit.antiq.*

6 Hinc ortum habuiſſe arbitratur, quod inferiores Magiſtratus domus ſuperiorum ingredientes, inſignia in portis deponere conſueuerunt,ad tex.*in l.Proconſules*,vbi Bart. & alij,*ff. de offic. Procon.* Alex. ab Alex. *lib.*2.*dierum genial.cap.*27.

7 Magnus honor Magiſtratibus debetur, ijque a Principe præmijs afficiendi,inquit Reg. de Ponte *de elect. offic.*§.6.*num.*5.cum in his Magiſtratus ſplendor conſiſtat ex Ariſt.*polit.lib.* 3.*cap.*9. & Maſtril. *vbi ſupra*, maximè ſi Principi liberè, rectèque conſulant, vt dixit Iſocrates *in Rapſod.cap.*18.ibi: *Hos fidos exiſtima,non qui quidquid dixeris,feceriſue laudant,ſed qui errantem increpat;permitte prudentibus liberè loquendi facultatem,vt ſi quid extiterit,de quo ambigas,habeas cum quibus rem expendere poſſis,& ne timeat ob id ſuam gratiam,fauorem,& beneuolentiam amittere.*

8 Hæc autem,quæ de Magiſtratibus in genere dicta ſunt, multò fortius in Supremis Præſidibus, Conſiliarijs,

K & Iu-

& Iudicibus admittenda veniunt; de quorum maxima authoritate apud Romanos plura ſcripſerunt poſt alios Pet. de Greg. Thol. *Syntag. iur. par.* 3. *lib.* 47. *num.* 19. *cum ſeq.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 518. Bouadill. *lib.* 1. *polit. cap:* 3. *num.* 44. *in fine.*

9 Officialis in loco ſuæ iuriſdictionis Ciuis efficitur, omnibuſque Ciuiũ priuilegijs, immunitatibus, & prærogatiuis gaudet, ad tex. *in l. Ciues, C. de incol. lib.* 11. Bart. *in l.* 1. *& in l. municeps, ff. de municip.* Paris de Puteo *de ſyndic. in ver. ciuilitas officialis cap.* 2. *in fine* Surgens *de Neap. illuſtr. cap.* 27. *num.* 15. Anna *ſing.* 365. aliaque notatu digna ad materiam, vide apud Maſtril. *vbi ſupra*; & Camil. Borrel. *de Magiſtrat. edictis lib.* 1. *cap.* 1. *& ſeqq.*

De Magiſtratuum habitu, & præcedentijs. *CAP. III.*

1 MAgiſtratus habitus debet eſſe honeſtus, venerabilis, cum Maieſtatem contineat, Regemque, ſeu Principem repræſentet, *l. ius pluribus*, ibi, *ſalua Maieſtate imperij ſui, ff. de iuſt. & iu.* Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 5. *in princ.* Lucas de Penna *in rub. Cod. de apparit. præf. vrb. lib.* 12. Surgens *de Neap. illuſtr. cap.* 27. *num.* 9.

2 Apud Romanos Rex purpura induebatur, miles clamide, aduocati toga, prætor, ſiue Senatus laticlauo, vt apud Vuolfan. Laz. *in Comment. Reip. Rom. lib.* 8. *c.* 4. Roſin. & Dempſt. *antiq. Rom.*

3 Hodiernis autem temporibus toga vtuntur Magiſtratus, maximè Præſides, Conſiliarij, Iudices, Fiſci Patroni, alijque Officiales: eò magis in Regno noſtro Neapolis accedente mandato Regio dato Vagliadolid ſub

die

die 12. Februarij 1596. quo Magiſtratus omnes de Sacro Conſilio, Regia Camera Summariæ, & M.C.V. toga vtuntur.

4 Togati a toga veſte dicuntur, *l.pen.* C. *de poſtulan.* qui quidem togæ vſus propria Romanorum pacis tempore veſtis erat, vt docet Varro *de vita pop. Rom.* ſicut Græcorum erat pallium, ſecundum Io. Roſinum,& Thomam Dempſt. *antiq. Rom.lib.*5. *cap.*32.fuitque pacis inſigne,& ſagum belli, Ald. Manut.*lib.*2.*de quæſitis per epiſt. epiſt.*1.

5 Mutata inde Republica,& imperio labente,toga, quæ olim neceſſaria Ciuibus erat, apud honeſtiores tantum remanſit. Inde Adriani tempore in Senatoribus, & Equitibus ius ſuum tenuit, mediante Principis ædicto, quo Senatores, & Equites Romanos ſemper in publico togatos eſſe iuſſit,niſi a cęna reuerterentur, de quo Spartian.in Adriano,& demum Appian.qui eodem tempore vixit,ſolis tantum Senatoribus togæ vſum remanſiſſe teſtatur de quibus,vide Lypſium *lib.*1.*elect. c.*13.& Aldum Manut.*in loco ſupra cit.*

6 Inter alias dignitates, & Magiſtratuum authoritates de quibus ſupra, & alibi diſcutiendas relinquimus; eam non eſſe omictendam arbitramur,quæ in eorum ſeſſionibus,& præcedentijs oſtenditur iuxta tex. *in cap.cum olim de Conſuet.& l.quoties*,& ibi Bald.C. *de Senat. vel clariſſ.num.*2.Surgens *de Neap.Illuſtr.cap.*27.*nu.*1. *& ſeq.*

7 Et ſicut in cœlo,qui Deo proximior eſt dicitur altius ſedere iuxta Gloſsã *in* §. *aliam Inſtit. de bonorum poſſeſſ.*ita in terra is magis dicitur honorari,qui propè Principem ſedet, vt notant eadem Gloſsa *in d.* §. *aliam*, & ibi *DD.*

8 Qui prioris iudicatus, Magiſtratuſque dignitatem adepti ſunt, alijs præferendi erunt, *cap.placuit diſtin.* 18.

Digitized by Google

Gloſ.*in cap.fin. de Conſuet.in 6.* cum ſimilibus relatis per Azeued.*ad Curiam Piſanam lib.2.cap.2.num.*17. vbi ſubdit,quod in ſedendo,ſubſcribendo,incedendo,& loquendo ij maiorem prærogatiuam habent, qui digniores ſunt, vel ratione dignitatis, vel temporis promotionis ad officium iuxta tex.*in cap. conſilium*, §. *hinc in fine* 17.*diſtin.* Innoc. *in cap. tua de maior. & obed.* Bart. *in l.* 1.*ff.de albo ſcrib.*Tiraq.*de primog.quæſt.*6.Gama *dec.*1.*num.*1. Auend. *de exeq.mand.l.*1.*cap.*19.*num.*15.

9 Iudex qui prius fuerit nominatus a Rege, vel ab eius Vicemgerente cenſetur magis dilectus, talis enim ordo arguit etiam ordinem prælationis, quia præſumitur maior Gloſ.*in cap.quorundam de elect.in 6.* Vinc. de Franchis *deciſ.*138.de Ponte *conſ.*14.*num.*58. eò maximè ſi ad alium Magiſtratum,quis prius aſſumptus fuerit:de Franchis *deciſ.*144.vbi refert ita iudicatum;ſic pariter ille præcedere debet,qui priùs poſſeſſionem officij acceperit *c. ſi a ſede de preb.lib.6.*Surg.*de Neap.ill. cap.*27. *num.*39. & eò fortiùs in Regno noſtro, vbi officiorum priuilegia executioni demandantur per Regium Collaterale Conſilium, ac per Suam Excellentiam,vide Afflict.*in deciſ.*253.& de Franch.*d.dec.*144.*in fine.*

10 Multas alias concluſiones ad hanc materiam exactè relatas per Maſtril.*de magiſtr.l.*5.*cap.*4.*a fol.*131.*vſque ad* 35.inſpice,& ſuſcipe humaniſſime Lector in facti contingentia,ne tibi videar illius accurati, eruditique Scriptoris folios,laboreſque in totum tranſcripſiſſe.

Ma-

Magiſtratus annui, an perpetui meliores ſint. CAP. IV.

1 NIhil tam ciuile, tam vtile, quam breuem poteſtatem eſſe, inquit Latro apud Senecam *controu vlt.* eò quod imperia longiora, & diuturniora multos attollunt, & ad res nouandas impellunt. Videmus ſuperbire homines etiam annua deſignatione: quid ſi honorem per plures annos teneant? quid ſi perpetuò retineant?

2 Hinc Romani modum quemdam imperij diuturnitati ſtatuerunt, & annuos Magiſtratus eſſe voluerunt, vt Liu. *lib.4. annal.* vt *temporis modus imponeretur quibus iuris imponi non poſſet*: quòd eò modo minimè poſſe putarent, *per licentiam inſoleſcere animum humanum*, inquit Saluſt. *in catil.* ab hoc enim vitio longè abeſſe, quibus imperium ita datur, vt reddant; & ab ijs legibus datur, ad quas reuertendum eſt; dum cogitant breui tempore ſibi eſſe parendum, & priuatis eorum quæ in Repub. geſſerunt, rationem reddendam, nam ſic ſolent: qui magiſtratu abierant, edere, & exponere, quid in magiſtratu geſſiſſent, deque ijs cenſores, præiudicabant.

3 Præterea, vt qui benè imperat, paruerit aliquando neceſſe eſt; ſic qui modeſtè paret, videtur qui aliquando imperet, dignus eſſe, certè ſperare poteſt ſe aliquo tempore imperaturum, *Et tum benè cum Ciuitatibus agitur ſi ſpes, ſi aditus ad honores viris ſtrenuis, & fortibus datur, ſi in ſocietatem Reip. admittuntur*, iuxta Liuij ſententiam *Annal. lib.4.*

4 Neque video, quomodo quis eam poſſit adamare Ciuitatem in qua ſe laboris, ac periculi participem, hono-

ris,

ris,ac dignitatis exortem videat fore. *Abſit periculum, & labor, quibus nulla pars fructus eſt,* inquit Saluſt. *in frag. hiſt.* 3. honos alit artes, ipſeque honor nihil eſt aliud, quàm præmium virtutis iudicio ſtudioque Ciuium delatum ad aliquem.

5 Et virtus ipſa in memoria gratorum Ciuium tamquàm in luce poſita lætari dicitur, nam cùm nulla ſit res, quæ bonorum animos vehementiùs excitare atque incendere ſoleat, quàm quæ veriſſimè a Valerio Flacco bono Poeta dicta eſt:

——fax mentis honeſtæ
Gloria ——

quam & non malè quidam e Græcis ἡδισονπεαῦμα rem dulciſſimam, dixit Lucian. in Dial. adeò vt nulla ſit tanta humilitas, quæ gloriæ dulcedine non tangatur iuxta Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 14. ea detracta, ipſa, inquit Saluſt. *Orat. ad Cæſ.* per ſe virtus amara atque aſpera eſt, & Iuuenal. ſat. 10.

—— Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas?

6 Vnde & optimus quiſque quò cupidiùs, & maiore ſtudio honores expetit, tantò maiorem illi fruſtratio dolorem adfert, vt loquitur Tacitus *in annal.* 2. *fol.* 63. *Vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamuis repulſam propinqua ſpes ſoletur: quantum odij fore ab his, qui vltra quinquennium proijciantur?*

7 Et ſanè illud odioſum genus hominum, & intolerandum, qui minimè, vt Seneca *in* 1. *de ira in fine*: *Contenti honoribus annuis, ſi fieri poſſet, vno nomine occupare faſtos velint, per orbem titulos diſponere, & tanquam in poſſeſſionem ſuam veniſſent morandi in imperijs cupiditate*, ſubiungit Velleius *lib.* 2. *hiſt.* *excludunt alios*: cùm vt reliquis in rebus, ſic in magiſtratu gerendo non ſit iniqua viciſſitudo,

vt

vt (*quod æquæ libertatis eſt) inuicem annuis Magiſtratibus parere atque imperitare liceat*, dixit Liu. *in 4. annal.*

8 Non officia ſemper expetenda, ac potiùs aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnumquam: vt ſimul ab hominum ſatietate noſtri (quam magno vix labore ſuperamus) diſcedamus, & cum aliquo deſiderio reuertamur. Præſertim ſi, vt habet Liu. *in 3. annal. ex continuatione Magiſtratus inuidiam, vt fit, imminentem cernimus*; & vt Seneca *epiſt.* 104. *Ringimur, quotiès aliquem in faſtis ſæpiùs legimus.*

9 Sunt alij, quibus id ipſum longè videtur ſecùs, & perpetuos magiſtratus multis partibus malunt, nam qui in ſingulis annis magiſtratus ineunt, dum incipiunt, trepidant, & pudorem in re noua, & ardua habent: & Marius apud Saluſt. *bel. iugur. ignari omnium aliquem monitorem officij ſui ſumant neceſſe eſt.*

10 Denique vt Iſocrates *orat. 2. ad Nicod. & in Buſir. ad priuatam vitam prius redeunt, quam publicorum negotiorum ſcientiam aliquam conſequantur, vſuque rerum erudiantur, qui verò iiſdem rebus perpetuò præſunt, vt minùs ingenijs valeant, longè tamen experientia ceteris antecellunt.*

11 Certè conſuetudine paratiores fiunt, & tanquàm exercitatiores ad benè de Repub. promerendum. Quis eſt enim, inquit Plin. *Panegyr. tam imbecilli ingenio, qui non tantò meliorem Iudicem ſperet, quantò diutius fuerit, vt nonnunquam talium hominum tolerabilius ſit experimentum, quàm vſum (hoc eſt, vtilitatem iam notam) nobis negari.*

12 Illi præterea, concludit Iſocrates *in loco ſupra cit. dum alij alios intuentur, multa negligunt: hi verò cùm ſciant omnia a ſe perfici oportere, diligenter de ſingulis cogitant.* Adde quod dixit Quintil. *inſtit. lib. 11. cap. 3. magnum laborem conſuetudo non ſentit, quæ difficultas omnis leuatur, intermiſſa deſiderant nouas vires.*

Per-

Perfecti, & veri Iudicis propriæ virtutes. CAP. V.

1 IVdex quem perfectum eſſe volumus; is eſt meâ ſententia, hoc tam graui dignus nomine, qui Virtutis perfectæ perfecto fungitur munere.

2 Sunt autem perfecti Iudicis virtutes, in Conſilijs de Republica capiundis diligentia, in periculis a Rep. propulſandis animus, in ſententia ſimpliciter referenda fides, in hominum voluntatibus pro Rep. lædendis libertas, in perferēdo quocumque labore induſtria, in Ciuium commodis augendis grata animi beneuolentia.

3 Quæ autem tueri in primis debet, & vel capitis periculo defendere, ſunt Religio, poteſtas Magiſtratuum, Senatus, vel aulæ auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, fides, res militaris, ærarium, Archiuum. Harum rerum tot atque tantarum eſſe defenſorem, & patronum, magni animi eſt, magni ingenij, magnæque conſtantiæ.

4 Qua propter hoc tota mente, omnique animi impetu agere Iudicem volumus, vt cum ſciat a ſe expectari, quæ a ſumma virtute, ſummoque ingenio, expectanda ſunt; quam expectationem ſui concitauit, hanc ſuſtinere, ac tueri, vincere etiam poſſit; illum ſecum aſſiduè verſans; *Spartam nactus es, hanc orna.*

5 Quod vna re faciliimè conſequetur, ſi hoc ſtatuerit, quarum laudum gloriam adamarit, quibus artibus eæ laudes comparantur, in ijs eſſe elaborandum, quod enim nonnulli litterati, ac ſtudijs doctriniſque dediti quaſi incredibile dixiſſe videntur, id mihi verum eſſe videtur; eum, qui omnes animo comprehenderit virtutes, omnia quæ facere vellet, facillimè tractare.

6 In

6 In primis itaque huic operam dabit, vt ſit, iuxta Lucani præceptum *lib.2.de Catone*:

Iuſtitiæ cultor, rigidi ſeruator honeſti.

Hæc enim vna virtus eſt, omnium domina, & regina virtutum. Hæc fundamentum eſt perpetuæ commendationis, & famæ, ſinè qua nihil poteſt eſſe laudabile. Hanc meminerit erga infimos quoque eſſe ſeruandam.

7 Cui adiunctę ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis eiuſdem: quæ ita iuſtitiæ propria ſunt, vt ſint virtutibus reliquis communia.

8 Prudentia quoque quæ Ariſtoteli Imperantis vnica, & propria virtus, in Iudice requiritur: a quo nec præterita, nec præſentia, ſed vt ab homine longè in poſterum proſpiciente, futura expectantur, qui aliquantò, antè conſtituat, quid accidere poſſit in vtramque partem; & quid agendum ſit, cùm quid euenerit: vt cùm res agitur, in diſcrimenque ventum eſt, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſit. Hanc enim vtilem homines exiſtimant, veramque prudentiam: ad omnia quæ prouidenda ſunt in Rep. & animo, & conſilio eſſe paratum, vt Virg. 6. Æn.

——— non vlla laborum
O virgo, noua mi facies, inopinaue ſurgit:
Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.

9 Omnis eius actio vacat temeritate, & negligentia, & iuxta Horat.

Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.

Et quanquam de futuris rebus ſemper difficile ſit dicere (ſunt enim futura in incerto, & præuideri non poſſint) tamen interdum coniectura poſſumus propiùs accedere, cùm res eſt eiuſmodi, cuius exitus præuideri poſſit.

10 Homines enim tametſi multis alijs, hoc tamen

vno a beſtijs plurimùm differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque, & acrem, & vigentem, celerrimèque multa ſimul agitantem, &, vt ita dicam, ſagacem, quæ & cauſſas rerum, & conſecutiones videat, & ſimilitudines transferat, & diſiuncta coniungat, & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum.

11 Laudatus hoc nomine apud Græcos Themiſtocles *apud Thucid. lib. 1.* rerum præſentiarum initio breui, & extemporali conſilio optimus Iudex, & futurarum, magna ex parte eius, quod eventurum erat, certiſſimus coniector: vt hæc Thucydidis verba expreſſit M. Tullius *epiſtolis ſuis ad Atticum.*

12 Neque prudentia tantùm, & ſapientia, ſed & animi magnitudo (qua res omnes humanæ geruntur) ab hoc ordine poſtulatur. Eàque in laboribus, periculis rebuſque aſperis demum cernitur: adeòque vnus eſt Rep. deuexata Reip. benè gerendæ curſus ad gloriam. Magna enim illa laus, & admirabilis videri ſolet, tuliſſe caſus ſapienter aduerſos, non fractum eſſe fortuna, retinuiſſe in rebus aſperis dignitatem.

13 Et quemadmodùm optimi gubernatoris virtutem maris, cœlique turbines tempeſtateſque cõmendant: ſic tum maximè illuſtratur boni Iudicis virtus, cum in maximis turbinibus, ac fluctibus Reip. nauem gubernat, non contrahit, aut dimittit animum; nec ſe obrui tamquã fluctu, ſic magnitudine negotij ſinit, quò minus, vi tempeſtatum, & concurſu calamitatum labefactatam, atque cõcuſſam nauem ſaluam in portu collocet: hoc eſt, labenti, & inclinatæ pœnè Reip. ſeu eius aulæ præſidium ferat.

De

De Magna Curia Vicariæ. *CAP. VI.*

1 TEmporibus Sereniſſimi Regis Alphonſi Primi, & ante Sacri Conſilij Neapolitani inſtitutionem, duo erant maiora huius Regni Tribunalia: alterum nempè, quod Magnæ Curiæ dicebatur, ac priùs Supremum erat, & in eo quatuor Iudices præſidebant; Regi Collaterales aſſiſtebant, omnia Regni negotia decidebant: de quo quidem Tribunali loquitur Conſtitutio Regni, ſub titulo de officio Iuſtitiarij, & Iudicum Magnæ Curiæ, quas quippe Conſtitutiones edidit Federicus Secundus Imperator, ac vtriuſque Siciliæ Rex anno 1221. & an Tribunal hoc primò inſtituiſſet Federicus, vel alij Superiores Reges, exploratum totaliter non habetur.

2 Alterum quoque Tribunal, quod Regis Alphonſi ætate erat, *Curia Vicariæ* dicebatur, & a Rege *Carolo Primo* inſtitutum reperitur, qui in hoc Regno Vicarium creauit Raymundum Beringerium eius filium, qui vti Regis Vicarius id Tribunal rexit, quod poſt ipſius Caroli, & Raymundi obitum perdurauit. Alphonſus verò Rex, Sacro Conſilio inſtituto, duo hæc Tribunalia ſimul vniuit, ac vocauit, Magnam Curiam Vicariæ, quòd nobis apertè ſignificat tunc duo eſſe diſtincta, & ſeparata Tribunalia.

3 Alterum nempe, quòd Magna Curia vocabatur, quæ aliàs dicebatur Curia Magiſtri Iuſtitiarij, eò quòd in ea præſidebat Magiſter Iuſtitiarius, & pro eo Locumtenens, ſiue Regens; Alterum verò appellabatur Curia Vicarij, ſiue Vicariæ, quæ perſonam Vicarij Generalis huius Regni repræſentabat; quòd quidem maioris dignita-

tis, ac præeminentiæ erat, quàm illud Magnæ Curię,quę quidem duo Tribunalia vnità fuerunt, vt diximus,& vocatur hodiè Magna Curia Vicariæ,vt hæc omnia de dicta vnione , & alijs teſtantur Surgens *de Neap. illuſtr. lib.*1. *cap.*7.*num.*15. Grammaticus *in deciſ.*34.*num.*9. & Carauita *in comment.ad prag.* quæ incipit *per excellentem*, §. 11. *num.*31.*de Senatus Conſul.Maced. & in comment. ad Ritus Magnæ Curiæ ad Ritum* 1.*num.*35. & Tapia *de iur.. Regni tom.*1.*l.*2.*fol.* 249. qui opinionem contrariam conciliat.

4 Quando autem antè prædicti Regis Alphonſi Primi tempora,tam in Regijs Archiuijs;quàm apud Authores,appellatum reperitur in hoc Regno , Regium Conſilium, Regius Conſiliarius, certum eſt id intelligendum eſſe de Tribunalibus his Magnę Curiæ,& Curiæ Vicariæ, & earum Iudicibus.

5 Imperatorem Federicum Secundum Magnæ Curiæ Vicariæ fuiſſe inſtitutorem videtur innuere Io.Antonius Summontius *in par.*2. *lib.*2.*f.*150.& *Carolum Primũ* alterius ſupradictæ Vicariæ Curiæ, in eadem *par.* 2.*fol.* 325.

6 Hodie Magna Curia Vicariæ diuiditur in ciuilem, & criminalem cum Iudicibus diſtinctis,vt infra,qui iuriſdictionem ordinariam, & non delegatam habent , vt *in Conſtit. Regni Magiſter Iuſtitiarius cum ſeq.* quatuor viri capitales appellabantur ab antiquis,hodiè Iudices criminales: Duum viri litibus iudicandis, Iudices ciuiles, vt ſupra quoque diximus *in præcedenti cap.nu.*15.

7 Vicaria ciuilis fuit in duas aulas diuiſa in anno 1598.vt in par.3. pleniùs dicam, & conſiſtit in Iudicibus biennalibus,qui potiùs de Ciuitate,quam de Prouincijs eſſe debent *l.*2.*C.de offit.Prætoris, l. in Eccleſiis,C.de epiſc. aud.* ciueſque debere præferri in officijs, comprobat Bouadill.*in polit.tom.*2.*lib.*3.*cap.*8.*num.*5.*fol.*155. quamuis con-

contrarium diſponatur per tex. *in l. fin.* C. *de offic. Rectoris Prouin. & l. fin. C. de crim. ſacril.* & in priuilegijs, capitulisque Neapol. *fol.* 159. fuit emanatum per immortalem memoriam Philippi Secundi an. 1558. Iudices pro medietate debere eſſe Regnicolas, & pro alia ad Regis beneplacitum.

8 Sed veritas eſt attendendos eſſe mores, & virtutes; quia non vrbium qualitate, aut antiquitate, magnitudine; ſed fidei puritate, literarum præſtantia, morumque nobilitate innoteſcere debemus, *cap. nos qui* 40. *diſtin.* Lucas de Penna *in l.* 1. *circa princ. C. de ruſtican. ad vllum off. de noc. lib.* 11. Taſſon. *in ſuis obſeruat. iuriſdictional. obſeru.* 3. *fol.* 135. *nu.* 160.

9 Iudices annales eſſe debent *l. neminem* 4. *C. de ſuſcep. præp. lib.* 10. *& in cap.* 66. Regis Cattholici *in priuil. & Capit. Neap. fol.* 47. & in Kal. Ianuarij mutari conſuetum eſt ſecundum Andr. *in tit. de feudo guardiæ num.* 3. *in fine*, & iſti Iudices biennales deputantur *cap.* 1. *in priuil. & Capit. Neap. fol.* 134. *prag.* 1. *de offic. Mag. Iuſt. & in d. l.* 4. diſponitur. Verum Domini Proreges eos ad libitum exercere faciunt etiam elapſo biennio: docti, probatæque vitæ eſſe debent, vt *in cap.* 4. *Parlamenti generalis Caroli V. in priuil. & Capit. Neap. fol.* 103.

10 De præeminentia verò M. C. Vicariæ, alijſque ad hanc materiam ſpectantibus, vide notata per compilatores *in ritu* 47. Rouit. *in prag.* 2. *num.* 7. *de offic. Sac. Conſ. & in conſ.* 90. *vol.* 2. de Ponte *in tract. de poteſt. Proreg. ſub tit. de aſſen. Reg. §.* 7. *fol.* 339. *& conſ.* 48. *num.* 5. *vol.* 2. Maſtril. *dec.* 261. *&* 290. & Tap. *dec.* 43.

11 Et Regens Magnæ Curiæ non poteſt eſſe Ciuis, vt *in priuil. & Capit. Neap. fol.* 80. licèt aliquando antiquitùs reperiantur Regentes fuiſſe Ciues, patriciosque Neapolitanos, vt infra *in Catal. noſtro.*

12 No-

12 Notandum eſt,quòd in M. C. Vicariæ duo Regij Conſiliarij per biennium reſidere ſolent ad Dominorum Proregum beneplacitum; & Iudices ipſi pro eorum ſalario habent annuos ducatos quatuorcentum ex prouentibus ipſiuſmet Magnæ Curiæ Vicariæ perſoluendos.

13 Et ad extremam pręſentis laboris, capitulique notitiam, ſciendum eſt infraſcriptos alios Regios Miniſtros,officialeſque in Magna Curia Vicarię reperiri. Aduocatus Fiſcalis cum prouiſione ducatorum ſexcentum. Pauperum Aduocatus duc.300. Procurator Fiſcalis 150. Pauperum Procurator 72. Sollicitator Fiſcalis 60. Pauperum Actorum Magiſter 12. Perceptor prouentuum, & compoſitionum 216. Credenzerius 120. Magiſtri Actorum criminales ſunt nouem, prouiſionati a Regia Curia non ſunt; ſed pro emolumentis cuilibet ipſorum contingere poteſt an. duc. ſexcentum, & ampliùs; ac a Regia Curia conſuetum eſt vendi quodlibet ipſorum officium duc.quinque mille,& etiam ſex mille.Magiſtri Actorum ciuiles ſunt quatuordecim,& emolumenta,quę ipſis contingunt aſcendere poſſunt ad an.duc. ſexcentum,ſunt ad Regis collationem. Subactuarij ciuiles ſunt viginti, & ipſi tercentum an.duc.ad minùs lucrantur, prout ex volumine Officiorum, quod aſſeruatur in Magno Archiuio Regię Camerę Summarię, deſumpſimus.

De Magnis Magiſtris Iuſtitiarijs Regni. CAP. VII.

1 MAgnus Iuſtitiarius, ſub cuius regimine Magna Curia Vicarię gubernatur peramplam iuriſdictionem habet, non ſolum in cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſed etiam in feudali-

dalibus, ac ſuper omnes Regni Proceres: ad ſiniſtrum Regis latus ſedet.

2 Primus in ordine reperitur Marius Borrellus ſub Guilielmo primo.

3 Abdenagus de Theate Magnus Magiſter Iuſtitiarius ſub Guilielmo ſecundo, vt ex actis *S. Iuſtini Epiſcopi Ciuitatis Theatinæ*, ab eruditiſſimo Lucio Camarra conciue noſtro publicandis.

4 Rogerius Comes de Andria ſub eodem Guilielmo ſecundo.

5 Arturus de Montenigro ſub Federico ſecundo.

6 Berardus de Aquino Comes Laureti Magnus etiã Magiſter Iuſtitiarius ſub Federico ſecundo, & non aliter Thomas.

7 Enricus de Morra ſub Federico ſecundo an. 1223.

8 Federicus de Arena ſub Rege Manfredo.

9 Beltramus de Bautio ſub Carolo primo 1269.

10 Otto de Tuzziaco Regis Caroli ſecundi conſanguineus 1292.

11 Ermingaũs de Sabrano Ariani Comes ſub Carolo etiam ſecundo 1301.

12 Robertus de Cornar miles ſub Roberto anno 1313.

13 Hugo de Imbellinis Comes Illyrici 1334.

14 Bertrandus de Bautio Montis Scaglioſi Comes ſub Regina Ioanna prima 1345.

15 Carolus Ruffus Montis alti Comes ſub Carolo tertio 1381.

16 Rogerius Accorciamuro ſub eodem Rege.

17 Nicolaus Orſinus de Nola miles Magiſter Iuſtitiarius ſub Ladislao 1390.

18 Nicolaus de Celano Celani Comes Magiſter Iuſtitiarius ſub eodem Rege.

19 Do-

19 Dominus de Mongiò ſub Aloyſio ſecundo.

20 Baldaxar de Ratta Caſertæ Comes ſub Rege Renato.

21 Raymundus Vrſinus Taranti Princeps, ac Nolæ Comes Magiſter Iuſtitiarius ſub Alphonſo primo.

22 Gilibertus de Borbona Comes de Monpenſier Aluerniæ Delfinus Arcidux Sueſſę Magiſter Iuſtit. 1495. ſub Carolo Octauo.

23 Antonius de Piccolominibus ab Aragonia Amalphiæ Dux Magiſter Iuſtitiarius ſub Ferdinando primo 1480.

24 Alphonſus de Piccolominibus Amalphiæ Dux filius prædicti Antonij 1493.

25 Ferdinandus Gonzaga Princeps Molfittæ ſub Carolo V.

26 Cęſar Gonzaga Molphittæ Princeps ſub Philippo ſecundo.

27 Ferdinandus ſecundus Gonzaga Princeps Molphittæ ſub Philippo tertio.

28 Thomas Franciſcus Spinellus Marchio Fuſcaldi ſub Philippo Quarto an. 1652.

29 Io. Baptiſta Spinellus Marchio Fuſcaldi filius prędicti Thomæ Franciſci, in præſentiarum M. I.

E duobus voluminibus deſcriptionis Regni Neapol. Octauij Beltrani impreſſis in anno 1640. *&* 1644. *cum addit. & emēdat. noſtra, vt ſuprà.*

De ijs qui in M. C. Vicariæ, aut cum Capitanei, ſiue Regentis titulo præſidere, qui hactenùs reperiri potuerunt.
CAP. VIII.

1 RAynaldus Villanus miles Senenſis Capit. Neap.an 1271. & etiam an. 1289. *3.ind.A. fol.*4.& 1275. 15.*ind.E.* 172. & 1290. *ind.*1. *D.*12.& 1291.*ind.3.A.*10.

2 Petrus de Cateneto miles Regens Vicariæ, & Caſtellanus Introduci etiam an.1272.*ind.*15.*E.ſub Americo, & Ioanna* 149.

3 Ludouicus de Montibus Capuanus 1273.

4 Ludouicus de Olbizis Lucenſis an.1275.& eodem an.reponitur quoque Bertrandus Artus *faſ.*59.180.

5 Balduinus de Supino Capit.Neap.& Caietæ 1284. *ind.*12.*C.*258.

6 Alatrinus Romanus Dominus Rimani, & Florentini in Campanea 1286.*Arca H.*10.

7 Egidius Maranus miles Parmenſis Capit. Neap. 1287.*faſc.*20.130. & eod. an. Anſaldus de Lauendaria miles Placentinus *faſc.*35.3.

8 Ioannes de Moliens miles Gallus ſub Carolo ſecundo 1289.*A.*75.*& ind.3.A.86.*

9 Nicolaus de Ieſualdo 1290.*Pagan.in Repert.*

10 Nicolaus de Ianuilla Vicariæ Regẽs Con.& fam. 1291.& 92.*ind.*5.*A* 12.

11 Philippus de Hermill. 1292. *ind.*6.*C.*55.*a ter.*& eod.an. Roſtainus Cantelmus *fol.* 184. *Dux Terræ Nouæ Pagan.*varijs in locis.

12 Raynaldus Spinula Ianuenſis 1292. & 93.

13 Iacobus de Caſtrocuccó Regni Mareſcallus, Generalis Capitaneus Regni ſub Roberto 1292.

14 Bernardus de Sancto Elpidio miles an. etiam 1292. *ind.6.A.*252.*&* 263. & an.1302. *ind.*1. *D.*198. 1310.*ind.*8.*B.ſeu R.*41.1309.*ind.*8.*F.*Capit.Neap.& Puteoli 156.& etiam an.1308.*ind.*8. *G.ſub Car.Illuſt.*16.

15 Anſaldus de Lauendatia miles Placentinus iterũ 1294.*ind.*8.K.191.*&* 13.

16 Nicolaus de Luparia miles Aprutinus Capit. Neap.1295.*ind.*9.C.290.& 1296.& eod.an.Raymundus Bulcanus *ind.*9.*D.*7.

17 Iacobus Campagnola dictus Pignonus 1296. & 97.*faſc.*68.150.*& faſc.*2.21.

18 Guilielmus de Marra de Barulo ſub Carolo ſecundo 1298.*faſc.*2.81.*& faſc.*52.101.& eod.an.Pontius de Montilijs,& 1299.& 1301.*ind.*13.*fol.*13.*&* 260.*Arca B.*8.*&* C.19.

19 Andreas Bozzutus de Neapoli miles Capit.Neap. eod.an.1299.& 1300.*ind.*13.*B.*70.

20 Guilielmus de Piſis eod. an.1300.*ind.*14.*B.*217.

21 Arnaldus de Villanoua Prouenſalis Magiſter Oſtiarius, Medicus celeberrimus Caroli ſecundi Capit. Neap.an 1301.& 1302. vbi etiam ſit mentio de Bernardo,de Sancto Elpidio *faſc.*9.41.ac etiam an.1299.*ind.*12. C.102.& 1300.& 1301.*B.*14.*ind.*13.

22 Petrus Braida miles Prouenſalis Capit. Neap. etiam an.1302.

23 Ademarius de Luco miles Theatinus Capitaneus Neapoli, & Puteoli 1302. & 1303. *ind.* 1. *A.* 304. *& Arca B.*45. Hæc familia reperitur extincta in Ciuitate Theatina in Berardino de Luco filio quondam nobilis Philippi de Luco iure francorum viuentis, vt in vol. 2. *origin.releu.Prouinciæ Aprutij,* quod aſſeruatur in Magno

Ar-

Archiuio R.C.*fol.* 209. an. 1523. qui Philippus fuit filius Corradi de Luco primogeniti Domini Chriſtophori de Luco an.1491.in eod.vol.ſol.212. & extincti etiam in perſonam Diadamiæ de Luco hæredis Fuluij de Luco,& Pater iſtorum fuit Brunorus de Luco,vt in lib. 1. *inform. & liquid. introit.fol.*193. etiam in Archiuio, & in Hippolitam de Luco matrem Ioſephi Fanzaghi an.1586. vt in vol.5.*Releu.Apr.fol.*495.

24 Vgolinus de Ruſſis de Parma miles 1303.& 1304. *ind.*1.*&* 2.*A*.93.& 1305.*ind*.4.*B*.68. *& D*.95.

25 Petrus de Forcellata miles 1304.& 1305. etiam *ind*.3.*F*.137. idem Capit.Neap.& Puteoli 1306.f.107.

26 Guilielmus de Recuperantia miles Piſanus Capit.Neap.1306.& eod. an. 1306.& 1307. Nicolaus de Ianuilla ſecundo loco *ind*.5.*C*.9.

27 Robertus de Trentenaria miles Prouēzalis 1306. & 1307.etiam reperitur *ind*.5.*C*.212.*& ind*.4.*D*.73.

28 Iacobus de Caſtrocucco fam.iterùm Cap. Neap. 1307.*ind*.4.*A*.52.

29 Theobaldus de Malobruſſono Regens Vicariæ 1308.*ind*.8.*G*.294.*& Arca A*.48.& eod. an.Raymundus de Maloboſco ſub Car.1.1307.*ind*.6.*A*.52.

30 Bernandus de Sancto Elpidio 1308.& 1309.

31 Thomas de Marzano Regius Mareſcallus Con.et fam.Capit.Neap.& Puteoli 1310.& 1311.

32 Ioannes de Aya ſub Rege Roberto 1313. obijt 1373.vide eius Epitaph. rel.ab Eng.fol.259.

33 Gabriel de Grimaldis de Ianua 1315.& eod.an. Ioannes de Scaletta miles,& hoſp.Seneſcal.& fam.1315. *ind*.13.*A*.230.& 1331.& 32.*ind*.15.*A*.156. *&* 167.

34 Philippus Zurulus miles Neapol. Capit.Neapol. 1317.& 18.ſub Roberto *ind*.1.*B*.1.& eod.an. 1317. Bertrandus Porcellettus miles *Arca G*. 46. & an.1316. *ind.*

14.E.39.& 1310.*ind*.8.C.192.1315.& 16.*ind*.14.E 95.

35 Ioannes de Aya iterum Regens Vicariȩ an.1319. *faſc*.4.*fol*.3.

36 Didacus de Tolomeis 1324.*Arca D*.5.

37 Petrus de Granis de Ianua 1328. & 29. *Arca* C. 11.*&* G.18.*&* 1329.76.

38 Gabriel de Grimaldis ſupra reponendus anno 1326.G.56.& eod. an. 1326.& 27. Ioannes de Bouilla *ind*.9.O.1325.& 26.*fol*.160.

39 Brachia de filijs Vrſi Capit. Neap. 1330.*Arca F*. 42.& eod.an. Angelus Malabranca Romanus *ind*. 14. *A*. 202.

40 Raynaldus Scaletta 1331.

41 Corradinus de Scannaberijs de Bononia miles Con.& fam.1334.& 35.*ind*.3.*A*.366.

42 Gometius de Albernotio miles Hiſpan.Regẽs Vicariæ 1335.ad guerram Capit.Generalis Con.& fam.ſub Ioanna I.*fol*.45.*& Arca* C.1344.67.

43 Ioannes de Caualcantibus de Florentia eod. an. 1335.Capit.Neap.& etiam an.1354.*Arca* C.56. & 1333. & 34.*ind*.2.C.274.

44 Ioannes de Aya iterum Regens 1336. & eod.an. Petrus de Gozano.

45 Leonius Mallonus de Ianua 1337.

46 Bellonus de Bellonibus de Peruſio 1338. *ind*.7. E.291.vbi dicitur cedula.

47 Ioannes Spinellus de Iuuenatio Capit. Neapol. 1338.& 39.*ind*.7.*A*.2.vbi appellatur Con.& fam.

48 Petrus de Cadeneto 1340.

49 Carolus Cibò Ianuenſis Capit.Neap.1341.& 42. *ind*.13.*A*.272.& Gualterius de Catania miles *ind*. 10. C. 262.

50 Lucchinus de Marocellos de Ianua 1342. *Arca A*.51.

51 Ber-

51 Bertoldus de Alabro miles Capit.Neap. 1343.& 44.*ind.*11.*A.*114.& Robertus de Pontiaco miles I. C. & Regens Vicariæ *ind.*12.*A.*116.& 1345.*ind.*14.*B.61.*

52 Gerardus de Arenis miles Con. & fam. Capit. Neap. 1346.*ind.*14.*A.*136.

53 Scarolus de Vbertis Comes Aſſari fam. 1347. *ind.*1.240.

54 Robertus de Auria miles Ianuenſis Capit. Neap. 1348.*faſc.*89. 103. & Franciſcus de Tufo de Auerſa eod. an.*ind.*2.*A.ſub Ludouico,& Ioanna* 90. & 106.

55 Ludouicus de Olbicis de Lucca Regens 1375. *Arca A.*28.*& B.etiam* 28.

56 Marſetius de Carrara miles Cap. Neap. & Octauianus de Oria de Ianua 1382.& 83.*ſub Carolo III.*57.& 151.

57 Antonius de Falaſchis de Arimino Cam. & fam. Capit.Neap.1384.*ſub Margarita ind.*7.21.*&* 23.

58 Ronchellus de Albicis miles Capit. Neap. ſub Ludouico II.1392.

59 Aloyſius Gallucius de Theano miles Regis Ladislai Camerarius Cap.Neap.1399.& 1400.*ind.9. B.*40.

60 Petrus Acciapaccia de Surrento 1400. ex Reg. Regis Ladislai *ind.*13.*B.*65.& eod.an.Lancellottus Trotta de Alexandria *ind.9.A.*1400.76.

61 Franciſcus de Riccardis de Ortona ad Mare Aprutinus miles,magnus Regni Mareſcallus Capit.Neapolit.1404.

62 Colucius de Griphis Theatinus miles Capit. Neap.an.1417.*ſub Ioanna I.*107.*&* 319.cum prouiſione vnc.100.

63 Bartholomeus Monaldus Florentinus 1419. & 20.*ind.*13.281.

64 Leomarius de Camporinis Aſculanus 1426. *ſub Io-*

Ioanna ſecunda ex inſtr. vetuſto relato in Vol. 4. Bolu. f. 166.

65 Stephanus Ganga Neapolitanus Regens Vicariȩ ſub Ioanna prima.

66 Galeottus de Normandis ſub Regina Ioanna ſecunda, & Ladisl. *Sum. in par. 2. fol. 564. et 620.*

67 Aron Cibô Ianuenſis Regius Conſiliarius, Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, ac Vicariæ Regens 1430. *ſub Regina Ioanna ſecunda ex inſtr. vetuſto relato per Bolu. in vol. 2. fol.* 187. & etiam an. 1459. *vt ex Com. 20. an. 1458. 59. & 60. & 63. in Archiuio R.C.S. fol. 44.*

68 Io. Paulus de Caiuano miles Conſ. locumtenens Magiſtri Iuſtitiarij, & Regens Vicariæ 1432. f. 347.

69 Nicolaus Mattheus Guarna Salernitanus 1434. ſub Ioanna ſecunda *ex inſtr. vetuſto relato in vol. 4. Bolu. fol. 168.*

70 Antonius de Hernia 1440. *ſub Renato, pro ut ex inſtrum. vet. rel. per Bolu. in vol. 2. fol. 7.*

71 Ioannes de Sancto Seuerino Neapol. miles Regius Conſiliarius Præſidens Regiæ Cameræ, ac Vicariæ Regens 1443. & 44. *ex vol. 5. Com. ſub Alph. 1. fol. 49. in Arch. R.C. & fol. 74.*

72 Iacobus de Conſtantio de Puteolo 1451.

73 Ioannes de Coponibus 1454. *in Com. 11. fol. 22. in Arch. R.C.*

74 Gregorius de Merlinis miles Sulmonenſis Regius Conſiliarius, ac Regens M. C. V. 1457. vt in *Com. 21. 1458. fol. 55. a t. in Arch. R.C.*

75 Franciſcus de Antignano Capuanus 1458. *in Com. 16. 1444. in Arch. R.C. fol. 240.*

76 Nicolaus Porcinarius Patricius Aquilanus 1459. *ex inſtr. vet. rel. per Bolu. in vol. 2. fol.* 189. erat etiam Præſidens Regiæ Cameræ an. 1458. *vt ex com. 16. an. 1444. & ſeq. in Arc. R.C. fol. 236.*

77 Fran-

Digitized by Google

77 Franciſcus de Punzectis Neap. **ex Iudice M. C.** factus deinde Regens 1462. *Com. 3.an. 1467.fol.171.in Archiuio* R.C.

78 Petrus Marcus Giptius miles, Patricius Theatinus, multorum Oppidorum Dominus, S. R.C.Conſiliarius,Regij Fiſci Patronus,Regiæ Cameræ Summariæ Præſes,Sereniſſimi Alphonſi Primi à Conſilijs Status, & Magnæ Curiæ Vicariæ Regens in an. 1463. *Vt ex proceſſo Bernardini de Tanga cum Agnello de Tanga inter proceſſ.antiquos in faſciculis in Banca de Mondellis, poſtea de Solatio, cui ſucceſſit Clauellus in S.* C. & ex Regeſtis infraſcriptis; *e Quintern.3.1462.fol.184.a t.in Arch.Quintern.Significator.1.an.1452.vſq;ad 57.f.225.Com.1.1465.f.148.Com.5. 1448.& ſeq. fol.257.at.Priuileg.38.1471.ad 77.fol.134. Com.20.1458.ad 63.fol.13.a t.& 116.Executt.17. 1442.ad 1460.fol.82.a ter.in Magno Arch.*R.C.vide infra inter Iudices Magnæ Curiæ *lib.3.cap.10.num.*81.& inferiùs inter Præſidentes Regiæ Cameræ *lib.4. cap.* 8. *animaduerſ.*14. vbi de ipſo,ad Patriæ ſplendorem,reliqua dabimus.

79 Berardinus de Girardinis de Amelia (Vmbriæ oppido Ameria antiquitùs dicta) miles Regens M. C. V. 1464.& etiam an.1468.*ex Com.3. 1467.fol.272.in Arch.* R.C.& etiam ſupra an.1459.*in Exec.22.an.1459.60.et 61. fol.183.in Arch.*R.C.*& in Exec.24. an. 1460. ad 69.fol.30. a t.Regens an.1462.& 1477.in vol.priuil.42. ab an.1473. ad 77.fol.213.in Arch.*R.C.

80 Franciſcus de Fulgineo V.I.D.miles Regius Cōſiliarius eod.an.1464.Regens Vicariæ ex Vol.*Diuerſorum Regis Ferdinandi Primi fol.mihi* 24.

81 Nicolaus Porcinarius Aquilanus Patricius Regius Conſiliarius , & Comes Palatinus iterum Regens 1466.& etiam an.1465.vt in *Com.1.fol.9.a t.in Arch.*R.C.

82 Carolus Corteſius de Surrento eligitur Capitaneus

116 Franciſcus Ioannes de Torres 1603. & 1608. & Cæſar Frezza Regius Conſiliarius Proregens 1610.

117 Petrus Pons de Leone à primo Septembris 1610. per totum Auguſti 1611.

118 Prædictus Petrus Pons de Leone iterum 1614.

119 Aluarus de Riua de Neira miles Sancti Iacobi de Spata 1615.& 16.

120 Antonius Manriquez eod.an.1616.& Gaſpar de Palatio Regius Conſiliarius Proregens.

121 Octauius de Aragonia à fine an. 1616.per totum 1618.

122 Petrus Manſera 1627.

123 Io. Franciſcus Sanfelicius Regius Conſiliarius miles Neap.Seſſionis Montaneæ Proregens an.1628.

124 Alphonſus de Cardenas Paceccho 1631. & eod. an.Io.de Eraſſo miles Sancti Iacobi, per totum Maium 1636.

125 Ioſeph de Hiſpania miles 1637.

126 Didacus Sandoual.1640.

127 Aloyſius Ponz de Leone 1646.

128 Ferdinandus Morroy de Guſmano miles Hiſpan. 1648.

129 Io.de Burgos miles Hiſpan. Regius Conſiliarius, & Proregens 1652.dein Præſidens Regiæ Cameræ 1653. ac poſtmodum Regens Regiam Cancellariam.

130 Fabritius Caracciolus miles Neapolit. Seſſionis Capuanæ Dux Girifalci Regens a die 12.Iulij 1653. morum candore,& integritate conſpicuus.

De

De Iudicibus omnibus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui inueniri potuerunt vſque ad an. 1500. CAP. X.

1 CArolus de Tocco(*an ſit de Tocco Aprutij oppido, ſiue de Tocco propè Beneuentum, ſiue familia, in noſtra Topographia elucidabitur*)Magnæ Regiæ Curiæ Iudex,& Aſſeſſor noſter, appellatur à Rege Guilielmo in inſtrumento confecto in Ciuitate Panormi ſub die 12.Maij an.1162.relato in Vol. *Regiarum literarũ primo* 1585.*f.*13.*& ſeq.in Arch.* R.C. ſcripſit ſuper legibus Longobard.& opus in 8.prodijt in lucẽ.Venetijs apud Dominicum Lilium,& fratres an.1537.cum hoc titulo: *Leges Longobardorum cum argutiſſimis Gloſis D.Caroli de Tocco Siculi: multis marginalibus poſtillis decoratæ: vna cum capitulari glorioſiſſimi Caroli Magni Regis Francorum. Addita fuere inſuper in eaſdem leges luculentiſſima Commentaria Eminentiſſimi Doctoris Domini Andreæ de Barulo; nec non annotationes clariſſimi I.V. interpretis Nicolai Boctij.*

2 Petrus de Vineis de Capua Iudex M. C. V. ac Secretarius Federici Secundi,claruit ſub eod.Imperatore, & Rege Siciliæ an.1230. ſcripſit epiſtolarum ex perſona Imperatoris lib.6.de poteſtate Imperiali lib.1. nominatur etiam inter illos ſcriptores ex quibus memorabilia ſua Bapt.Fulgoſius collegit,ſcripſit,& querimoniam Friderici,Viridarium Imperatorum . Epiſtolæ eius impreſſæ ſunt Baſileæ 1565. in 8. eius tractatus reperitur prohibitus a S.R.E.extat in biblioth.Imper.in fol.& in membrana m.ſ.eiuſdem libri ſex,quibus complexus eſt Summam Cancellariæ tempore Caroli Boemiæ Regis. liber in fol. ſcriptus in carta ſimiliter membrana Giſn. *in biblioth.*

fol.685.errauit Giſn. & cum ipſo Beſoldus,qui Petrum noſtrum de Vineis Capuanum,fecerunt Germanum, vt infrà in Petro ſecundo num.44.

3 Ioannes Saladinus de Ciuitate Theatina, & Silueſter de Lanzano, conferuntur pro ſeruitio Regiæ Curiæ ad Simonem Comitem,ex Reg.*Imper.Federici ſecundi an.* 1239.*fol.6.*

4 Landulphus de Aioſſa de Neapoli miles Iudex M.C. & Landulphus de Alferio 1275. *in Repert. Ducis Terræ nouæ.*

5 Iacobus Brancatius 1279.*ex eod.Repert.*

6 Contarius de Bucclano ſub Car. 2. 1292. *ind.6.C.* 55.*a t.& 291.*

7 Landulphus Aioſſa de Neap.miles M.C.Iudex.
Andreas de Iſernia iuris ciuilis profeſſor.
Nicolaus de Summa.
Nicolaus Friczia de Rauello eiuſdem Magnæ Curiæ Iudices.
Capuanus de Seſſa Regij Fiſci Patronus.
Contarius de Buccl ano appellationum Iudex.
Stephanus de Baro Regij Fiſci Patronus.
Magiſter Anellus de Caieta Aduocatus pauperum *ex eod.Reg.*

8 Petrus Apia an.etiam 1292.*Caſ. Pagan.in Repert.*

9 Pandulphus Aldomoriſcus 1300.*Pagan.in Rep.*

10 Mattheus Filamarinus de Neapoli Iudex appellationũ M.C.Regij Fiſci Patronus,Regius Conſiliarius ſub Carolo II.an.1306.ac Prothonotarij Locũtenens ſub Roberto 1318.& 1321. ac deinde Archiepiſcopus Neapol. Dux Terræ nouæ Cæſar Pagan.*in Repert. m. ſ.* Cæſar de Noſtradam.*in hiſt. & cron.Prouenſal.par.3.f.338.lit.A.*& Bartol. Chioccar. *de Epiſc. & Archiep.Neap.an.*1323.*fol.* 203.

11 Fran-

11 Franciſcus Barba Piſanus Iudex appellat M. C.
Andreas Acconciaiocus de Rauello;&
Andreas de Iſernia ſecundus qui fuit interfectus ad portam Petruciam ex Vinc. *in Teat. Protonot.an.* 1307.*fol.*77.
12 Iacobus de Caſtrocucco 1307. & 1309. Pagan.*in Repert.*
13 Iordanus Sanfelicius Iudex appellationum anno 1310.*Sum.*
14 Angelus de Afflicto.*Pagan.*
15 Petrus Brancatius miles Iudex 1311.*Pagan.*
16 Petrus Criſpanus de Neapoli 1314.
17 Iacobus Friczia de Rauello 1315.
18 Raynaldus de Aquila Iudex Vicariæ 1316.
19 Pontius de Cabanill. 1317.*Pagan.*
20 Philippus Cappaſanta de Amalphia 1323.
21 Ioannes de Turre Patricius Theatinus Iudex Curiæ Vicariæ 1325.& 26. fuit iſte frater vtrinque coniunctus Franciſco de Turre militi nato maiori, ac feudatario, qui pro teſtibus interfuerunt in templo Sanctæ Claræ Neap.die vltimo Auguſti 1343. quando Regina Ioanna homagium iurauit in manibus Americi Presbyteri Cardinalis Tituli Sancti Martini in Montibus Apoſtolicæ Sedis Legati, vt ex *Reg.dicta Reginæ an.*1343.*G.fol.*14. *a ter.* relato etiam a Io.Antonio Sum.*in hiſt.Regni par.*2.*f.*417. *&* 418.

22 Prædictum Franciſcum de Turre militem Theatinum fuiſſe fratrem dicti Ioannis clariſſimè apparet ex varijs publicis documentis in Archiuio Ciuitatis Theatinæ aſſeruatis: a quo integrum volumen deprompſimus pro Hiſtorijs, & Annalibus Theatinis in publicum ſuo tempore edendum.

23 Ioannes iſte de Turre factus deinde Presbyter fuit Ca-

Canonicus Realis Eccleſiæ Sancti Nicolai de Baro a Regina Ioanna prima electus,vt ex Reg.an.1344.& 45.*ind.* 13.*A.fol.*39.& cum in an. 1358 Franciſcus frater maior noſtri Ioannis propter eius rebellionem patratam,amiſiſſet feuda ſub Ludouico,& Ioanna, profugum iam illum factum ſub fratris ſui,& Canonicatus vmbra in Ciuitate Bareſi aufugiſſe,ibique paulò poſt,vt fama eſt,obiiſſe: ſic habent inter cętera Ludouicus,& Ioanna:

24 *Sanè pro parte Vniuerſitatis hominum Ciuitatis Theatinæ de Aprutina Prouincia Citra flumen Piſcariæ noſtrorum fidelium, fuit per eorum ſpecialem Ambaſſiatorem, & Sindicum ad præſentiam noſtram miſſum Maieſtati noſtræ reuerenter expoſitum, quod vir nobilis Nicolaus de filijs Vrſi Nolanus, & Palatinus Comes Vicemgerens noſter in vtraque Aprutina Prouincia Conſiliarius, & fidelis noſter dilectus de ſpeciali noſtra licentia, & mandato ac vigore cuiuſdam commiſſionis noſtræ ſpecialiter exinde ſibi factæ medietatem Caſtri Sancti Angeli cum Sancto Ylario de prædicta Aprutina Prouincia Citra flumen Piſcariæ, quæ fuit quondam Franciſci de Turre militis per eius perditionem notoriam ad manus noſtræ Curiæ deuolutam,alienauit,& tradidit Vniuerſitati,& hominibus prædictæ Ciuitatis Theatinæ, &c. Datum Puteoli per manus nobilis Sergij Domini Vrſonis de Neap. militis iuris ciuilis profeſſoris magnæ noſtræ Curiæ Rationalis Viceprothonotarij Regni Siciliæ annò Domini* 1359. *die* 6. *Febr.* 12. *ind. Regnorum noſtri Regis anno vndecimo, noſtræ verò Reginæ anno ſeptimodecimo in Sac.* 11. *litera M. num.* 1. *in Archiuio Ciuitatis Theatinæ.*

25 Qui Ioannes de Turre Theatinus Patricius Canonicus Barenſis ſequendo deinde Curiam Apoſtolicã, inſtante eadem Regina ad Cardinalatum peruenit tituli Sancti Laurentij in Lucina an.1371.obijt Auenione 17. Kal.Maij 1374. & cum magno equiuoco, & errore efficitur

ficitur a Panuinio(*de Rom.Pontif.& Card.fol.* 221.*&* 223.
& ab Alphon.Ciaccon.*in to.*1.*fol.*945.*nu.*8. & Addent.)
Gallus,& Regularis; dum verè eſt Italus, & Theatinus
Patricius, prout ex plurimis documentis iſta manifeſtè
colliguntur alibi publicandis, vt veritas magis eluceſcat,
ne hic prolixior videar,& laboris præſentis congeries non
permictit,ſed nunc pro Magnæ Curiæ Vicariæ dignitate,
ac pro Patria purpuraque recuperanda,hæc ſcripſiſſe, calamo aliquid indulgendum.

26 Franciſcus Perrenſis de Bitonto: Iacobus Apranus de Neap. & Ioannes de Turre de Theate prædictus eodem an.1325.& 26. fuerunt miſſi a Rege Roberto ad Piſanam Remp. vt ex Reg. dicti anni *lit. D.fol.*70.*a ter. &* 81.

27 Petrus Friczia de Rauello,&
Petrus Amalphitanus de Neapoli etiam an. 1326.

28 Mattheus de Iuuenatio,&

29 Franciſcus de Piſis 1327.

Iſte Fräciſcus edidit Gloſſas ſuper Conſtitutionibus Regni,& Ritibus M.C.V.Giſn.*in biblioth.fol.*242.& Io.Bapt. Zilet.*in Indice librorum fol.8.a t.lit.*C.

30 Nicolaus de Turre Patricius Theatinus Ioannis conſanguineus Iudex M.C.V.an.1328.& 29.ind.3.D.31. & etiam an.1327.& 28.Regius Conſiliarius A.51. & ſub Rob.E.57.

31 Nicolaus de Turre etiam an.1333. ind.2. D.166.

32 Thomas Ciueda de Theate Iudex M.C.V. & pauperum Aduocatus reperitur ſubſcriptus in inſtrumento confecto in Ciuitate Anxani die primo Octobris 1334. coram Bartholomeo Caracciolo milite Neapolitano Regio Camerario,Capitaneo Generali, & Iuſtitiario Aprutij Citra,quod aſſeruatur in Arch. *Ciuit. Theatina in ſac.* 14. *lit.P.num.*4.

33 Ni-

33 Nicolaus de Turre Patricius Theatinus iterùm Iudex M.C.an.1335.& Regius Conſiliarius *Arca G.47.*

34 Franciſcus de Baccoſis de Lucca,Iudex M. C. V. 1336.*Pagan.in Rep.*

35 Franciſcus Stampa de Potentia miles Regius Cõſiliarius,& Iudex M.C.V.1340. Sum.*par.*2.415. in Eccleſia Sancti Dominici de Neap. reperitur eius ſepulcrũ cum hac Inſcriptione:

Hic iacet corpus Domini Franciſci de Stampis de potentia militis Regii Conſiliarii, & familiaris, ac Curiæ Vicariæ Regni Iudicis, qui obijt anno Domini 1340.*die* 25.*Nouemb.*8.*ind.*

Relata quoque ab Eng.fol.287.

36 Franciſcus de Baccoſis de Lucca iterùm Iudex 1342.Pagan.in Rep.

37 Adenulphus Cumanus de Neap.1343.

38 Petrus Guaſco,&

39 Franciſcus de Piſis Iudex appellationem 1344.

40 Ioannes Acconciaiocus de Rauello eod.an.

41 Ioannes de Theate 1345.& 46.

42 Ioannes de Monforto,&

43 Ioannes Accõciaiocus de Rauello Iudices M.C.V. & Regii Conſiliarij in Reg.Reginæ Ioannæ primæ 1346. C.264. *a t.* & Io. de Theate cum titulo militis in Reg. 1344.*eiuſdem Reginæ* rel.a Luca Vuadingo *in Vol.*3. *Annal.Min.fol.*310. an ſit iſte Ioannes, vel alter appellatus abſque cognomine, etiam a Ferdinando de Marra,de familia Valignana *in diſcur.famil. Sanginctæ fol.*356. a Ioãne

ne Villano quoque *in hiſt.lib.*10.*c.*50.*f.*559.cogitādū eſt.

44 Donatus Acconciaiocus de Rauello Regius Conſiliarius,& Fiſci Aduocatus.

45 Ioannes Acciapaccia de Surrēto Iudex,& Sergius Domini Vrſonis de Neap. 1346.*Pagan.*

46 Alexander Brancatius de Neapoli miles, & Bernardus de Albeſio de Neap. 1347.*Pag. in Rep.*

47 Petrus de Vineis ſecūdus de Capua Iudex, & Regius Conſiliarius 1348. iſte eſt de deſcendentibus primi Petri de Vineis ſimiliter Capuani Iudicis M.C.ac Secretarij Imperatoris Friderici ſecundi,in quo obſeruo inter obitum vnius & alterius, ſpatium annorum centum & quadraginta cum Io.Ant.Sum.*par.* 2.*lib.* 3.*fol.*472. Eius Epitaphium legitur Neapoli in Eccleſia Sanctæ Claræ relatum ab Engen.*in Neap. Sacra fol.*252. & à Io. Summont.*hiſt.Regni d.par.*2.*lib.*3.*fol.etiam* 472.

Hic iacet ſepultus quondam Dominus Petrus de Vineis de Capua olim Iudex Curiæ Vicariæ Regni Regius Conſiliarius,et familiaris, qui obiit anno Domini 1348. *die* 18.*Decemb.*2.*ind.*

48 Petrus iſte de Vineis,an eſſet frater vtrinque coniunctus, vel conſanguineus Fratri Raymundo de Vineis Capuano Generalì Ordinis Prædicatorum, ignoratur (vide Theodorum Vallem *in Comp:virorum illuſtr. ordin. Prædic.par.*2.*fol.*125.)benè verum eſt, quod iſta mea obſeruatio non erit incongrua ad conuincendum errorem illorum,qui fecerunt Petrum primum de Vineis Germanum;& non alitèr Capuanum, & ſunt Chriſtophorus Be-

ſoldus *in hiſt. rerum Siculorum f.* 613. & Corradus Giſner. *in Bibl. fol.* 685.

49 Ludouicus Bulcanus de Neapoli etiam an. 1348. Iudex M.C.V. *Pagan. in Rep.*

50 Petrus Bulçanus de Surrento miles Iudex 1365.

51 Hic reponendus Lucas de Penna ſub Regina Ioanna I. 1366. cum Apologia.

52 Nicolaus Magius de Tramonto 1371.

53 Franciſcus de Velletro miles Magiſter Rationalis, & Iudex Vicariæ Con. & fam. 1372. *Arca G. fol.* 71.

54 Enricus Accōciaiocus de Rauello 1374. & 1382.

55 Antonius de Afflictis de Scalis 1375. Dux Terræ Nouæ Pagan. *in Rep.*

56 Enricus Acconciaiocus prædictus.

57 Antonius Curialis de Surrento.

58 Sir Maſius de Tolentino 1382.

59 Donatus de Aretio 1384.

60 Philippus de Dato de Neap. 1390.

61 Carolus de Miro de Gragnano Locumtenens Magni Camerarij, & Iudex M.C. Vicariæ 1392. & 93. *ind.* 14. *A. fol.* 49.

62 Donatus de Aretio de Itro. 1395. *in Vol. priuil. Ciuitatis Theatinæ penes nos.*

63 Ioannes de Coſtantio de Auerſa, & Iacobus Mele 1400. *Pag. in Rep.*

64 Beatus Ioannes de Capiſtrano Aprutinus, Iudex magnæ Curiæ an. 1401. ſub Ladislao Paris de Puteo *de ſyndic. cap. vlt. & de re militari cap. de ſingul. certam. num.* 3. Ferdinandus Marra Dux Guardiæ *in hiſt. fam. Artus f.* 36. & Io. Vinc. Ciarlant. *in mem. hiſt. Samnij lib.* 4. *cap.* 30. *f.* 410.

65 Emendantur Antonius Poſſeuin. *in to.* 1. *appar. ſac. fol.* 129. dum dixit Oppīdum Capiſtrani eſſe in Brutijs (nō

aliter

alitèr in Brutijs,ſed in Samnio, ſiuè in Aprutio eſt Capiſtrani Oppidum,vt in noſtra Topographia dicemus.)

66 Emendantur etiam ſubſcripti, qui in eundem errorem prolapſi ſunt: Io. Simoneta *rerum geſtarum Franciſci Sfortiæ lib.1.fol.4. & lib.27. in fol.2.* Io. Glandorp.*in Onomaſtico hiſt.Rom.fol.875.in ver.Hiſconienſium oppidum in Brutijs*,emend.op.in Samnio,ſiue in Aprutio; ſic quoque corrigantur Ludouicus Cauitellus *in Annal.Cremon. fol.193.a ter.in ver.ex oppido Celani in Brutijs.*Lucas Vuading. *in Annal. Min. to.1.fol.*278. *num.13.in ver.Penna Brutiorum*, & Franciſcus Gonzaga *de orig. Seraf.Rel.par. 2.fol.412.in ver.Anſanum, & Ortonam Brutiorum Ciuitates*;& alij.

67 Omnes iſti Auctores alioqui peritiſſimi , errarunt cum eorum Anteſignanis Ambroſio Calepino,& Philippo Ferrario *in ver.Brutij fol.*41.*& in ver.Aquila fol.* 24.

68 Ioannes de Capiſtrano nobili genere natus anno 1385. in Capiſtrani oppido haud procul ab Vrbe Aquila Veſtinorum,in Ciuitate Peruſina iuri ciuili, & Canonico operam dedit , & Neapoli tandem ſub Ladislao Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ effectus an. 1401.vt ſupra retulimus,& ingreſſus in Religionem Ordinis Minorum,Diſcipulus,ac Socius S.Bernardini Senenſis extitit: dein familiæ ſuæ Ciſmontanæ Vicarius Generalis renunciatus: a Summis Pontificibus,potiſſimum a Nicolao V. ad varias functiones pro Sancta Eccleſia Catholica adhibitus eſt. Huic antè annos centum,& quinquaginta Krantius *lib.2. hiſt.Saxon.cap.36.& lib.2.metrorum cap.* 30. teſtimonium tulit his verbis: a Poſſeuin.cit.*in to.2.Appar. Sac.fol.* 129.

69 Ioannes in Germaniam deſcendit prædicans magno zelo verbum Dei in Auſtria,Bauaria,Sueuia, Turingia,& Saxonia, nam in Ciuitate Magdeburgenſi in nouo foro, maxima ad illum confluente multitudine cum eſſet

Digitized by Google

Germanicæ linguæ non gnarus, latinè prædicabat latinis in tertiam horam, populo ſolis geſtibus eius, quos antè non viderat, ſatis vehementèr permoto, moti ſunt omnes, vt fœminæ abuſum in ornatu, viri ludos, quibus tempora perdunt ſcaccorum, alearumque in vnum contulerint, & eodem loco, igne ſub diò concremarint.

70 Et Herthamus Scheydelius, ab Antonio Poſſeuino relatus, ſcriptum reliquit, ſe Norimbergæ vidiſſe Capiſtranum ſexagintaquinque annos natum quotidiè, ac ferè ſine intermiſſione concionantem altas, & profundas (vt ille inquit) materias abſoluentem, & Hieronymus Platus *lib.2.de bono ſtatu Religioſi c.*30. refert anno circiter 1450. Capiſtranum duodecim millia infidelium, pluresque præterea ſchiſmaticos Catholicæ Eccleſiæ aggregaſſe.

71 Scripſit B. noſter Ioannes de Capiſtrano contra Philippum Bertegallum diplomati Pontificis maximi aduerſantem: ſex & octoginta Fraticellorum hæreticorum loca, vbi conueniebant in Piceno, atque Campanea combuſit, exortamque Eugenio Quarto Summo Pontifice hæreſim iſtam profligauit. In Morauia item, atque Boemia errores Huſſitarum refutauit.

72 Scripſit de dignitate Eccleſiaſtica ad Nicolaum Summum Pontificem. De illuſtranda conſcientia. De vſuris, & contractibus. De cenſuris. De pœnis Inferni, & Purgatorij. De caſibus, & pœnis iniungendis. De reſtitutionibus, & contractibus. De matrimonio. Epiſtolas nonnullas. Ad regulam Ordinis Minorum. De Conceptione Beatiſſimæ Virginis: De Iudicio Vniuerſali futuro, & Antichriſto, ac de bello ſpirituali. Venetijs apud Petrum Deuchinum an. 1578.

73 Scripſit etiam de Concilij, ſiue Eccleſiæ auctoritate. Venetijs apud Ant. Ferrarium an. 1580. Ad Principes Boemiæ quos hortatur, vt pro celebrandis Comitijs apud

Caſurgem conueniant. Speculum clericorum,quod ibidem prodijt eod. an. apud eundem. Defenſorium tertij Ordinis Franciſcanorum,quod extat m.ſ.

74 De cupiditate lib.3.De Paſſione Domini, contra Huſſitas,ad Principes Boemiæ, vt ſupra. Aduersùs Ioannem Rocheſanum hęreticum Boemum,& fautorum hæreticorum : qui delectus Archiepiſcopus Pragæ fratres Minores e ſua Ciuitate eiecerat.Obijt an.1456. in Ciuitate Vuillako, Diœceſis Bambergenſis vbi & humatus in Clauſtro Beatiſſimæ Virginis, apud Minores.

75 Porrò, & inter tractatus iuris poſtremò Venetijs recuſos, & auctos, extant ipſius Ioannis a Capiſtrano liber de Canone Pœnitentiali to.14.fol.395.& de excommunicatione ibidem fol. 388. De matrimonio per modum Conſilij in to.9.fol.77.De poteſtate Papæ, & Conſilij in to.13.par.1.fol.32. Speculum conſcientiæ in to. 1. fol.323.Vide Anton.Poſſeuin.*in Appar.Sac.to.2.fol.* 129. *& ſeq.*Marcum Guazzum *in Cron. fol.* 307. Franciſcum Gonzagam *de orig.Seraf. Relig.par.* 1.*fol.* 86. Marcum de Lisbona *in Cron.Frat.Min.par.*3.*lib.*4.*fol.*124. *a ter.* Saluatorem Maſſonium *in vita B. Ioannis impreſ. Venet. an.* 1627.& nouiſſimè Lucam Vvading. *Annal. Min. to.* 5. *a.*1450.*f.*392.*& ſeq.& to.*6.1451.*f.*3.*n.*6.*& ſeq.*& Hippol. Marrac.*in bibliot.Mar.par.*1.*f.*702.

76 Petrus de Baro 1404.&

77 Nardus Fillichia de Nola eod.an.*Pag.in Rep.*

78 Ioannes Arcamonus de Neap. Iudex appellationum M.C.V.

79 Ioannes de Montemagno.

80 Petrus de Piſtoia,&
Franciſcus Solimena ſub Ioanna II.

81 Ioannes Arcamonus de Neapol. prædictus Iudex etiam appellationum 1407.

82 Arcamonus prædictus Iudex etiam appellat. 1411.

83 Frãciſcus de Salimbenis de Senis Iudex M. C.V. 1415.

84 Ioannes Archamonus.
Blaſius Liſta.
Gurellus Caracciolus de Neap.
Carolus Mollicellus.
Iacobus de Griphis de Theate 1418.

85 Marinus Bulocta de Sancta Agata.
Stephanus Homodei de Caiatia 1419. & 20. & eod.an.Nicolaus de Monopolo,&
Leo Vitalianus de Tramonto.

86 Iacobus de Griphis de Theate 1420.*in Vol.priuil. Ciuit.Theatinæ.*

87. Ioannes de Caſtellucia 1426.

88 Franciſcus Archamonus de Neap.1434.

89 Franciſcus Arcamonus de Neap. iterum 1440.
Gabriel de Maſtrillis de Nola,& etiam an. 1447.

90 Petrus Marcus Giptius, appellatus aliquando Petrus tantum,nobilis Theatinus, eximius, celeberrimuſque V. I. D. a Rege Alphonſo primo creatus Iudex perpetuus M.C.V.in ciuilibus, & criminalibus his proprijs verbis: *Alphonſus, &c. nobili viro Petro Giptio,&c. Attendentes grata,grandia,vtilia,& fructuoſa ſeruitia,per te,Maieſtati noſtræ fideliter, & conſtanter impenſa,perſonæ tuæ periculis,ſumptibus, laboribus, & expenſis multiplicibus non parcendo,quæue præſtas ad præſens, & ſperamus te in poſterùm de bono ſempèr in melius continuatione laudabili præſtiturum; ijs igitùr, & alijs conſiderationibus dignè moti TE IVDICEM CAVSARVM APPELLATIONVM, ET NVLLITATVM interponendarum a quibuſcumque ſententijs diffinitiuis, & interlocutorijs proferendis ad Maieſtatem noſtram deuoluendarum in toto Regno noſtro Siciliæ citra farum, ac ſingulis Ciuitatibus Terris, Caſtris, & locis einſdem Regni,*

tàm

tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus ad vitam tuam, & quandiù in eodem officio benè te geſſeris cum gagijs, & emolumentis conſuetis, & debitis, ac percipi, et haberi ſolitis eiuſdem officij ratione per alios Iudices appellationum collegas tuos in Regno, ac Ciuitatibus, & Terris prædictis, & cum illis alijs honoribus, priuilegijs, & gratijs dicto officio annexis, & connexis, & cum poteſtate, quod poſſis, & valeas a partibus petere, recipere, & recolligere trigeſimas, duximus de certa noſtra ſcientia, motuque proprio, & ſpeciali gratia tenore præſentium ordinandum, &c.

91 Prout hæc, & alia latiùs continentur in literis patental. quæ leguntur in Vol. *intit. Quinternion. O. ſeù Diuerſorum primo fol.217. in Arch. Quintern.*

92 De dicto Petro ad maiora deinde propria virtute, & meritorum alis elato, ac præſertim ad Regij Conſiliarij, Præſidentis Regiæ Cameræ, Magnæque Curiæ Regentis munus exercendum, vide ſupra inter Magnæ Curiæ Regentes *lib.3.cap.8.num.78.fol.* & infra inter Regiæ Cameræ Præſidentes *lib.4.cap.8.in animad.*14. vbi de ipſo ob Patriæ honorem nonnulla animaduertemus; ac etiam in par.2. inter Conſiliarios S.R.C.

93 Clemens de Sonneno.
Antonius Iacobi de Traiecto.
Franciſcus Ruffus de Camplo Aprut. ex Com.5. an.1449.fol.57.in Arch.R.C & Com.1.1454. fol.39.
Franciſcus de Ponzectis 1450. ex Arch. Regiæ Cameræ in Cam.1.A.ſcanz.1.nu.5.fol.37.a t.

94 Gabriel de Maſtrillis de Nola iterum 1451. ex Vol.*lit.Curiæ 2.an.1451.f.48.a t.in Arch.R.C.*

95 Chriſtophorus Ricca de Sueſſa 1452. *in Com. 8. an.1452.53.& 54.fol.9.in Arch.R.C.*

96 Onuphrius de Camplo 1453.in cod.Com.8.*f.93.*

97 Ma-

97 Marianus de Adam de Theramo Aprutin. 1454.
98 Nicolaus Cardoynus Neapolitanus, ſed origine Auerſanus 1457. *in Arch. R. C. A. ſcanz. 2. nu. 3. fol. 391.*
99 Chriſtophorus Ricca de Sueſſa iterùm.
Franciſcus de Punzectis iterum, &
Thomas Vaſſallus.
100 Lupus de Speyo de Valentia Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & Iudex appellationum M. C. V. in *Eſec.* 18. *an.* 1459. *fol.* 162. *in Arch. R. C.*
101 Melchior de Tortis de Monte Sanctæ Mariæ in Lapide, etiam an. 1459. in *Eſec.* 22. *a.* 1459. *ad* 61. *fol.* 78. *in Arch. R. C.*
102 Alexander de Peccatoribus Aquilanus, ſed origine Reatinus etiam an. 1459. in Eſec. 22. *a.* 1459. 60. *&* 61. *fol.* 102. *in Arch. R. C.*
103 Angelus Ricius de Iuuenacio Regius Conſiliarius, Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ.
104 Ioannes Andreas de Cioffo de Puteolis Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ an. 1461. in Eſec. 23. *ab an.* 1460. *ad* 65. *fol.* 97. *in Arch. R. C.*
105 Ioſeph Palumbinus Parmenſis 1464.
Antonius Viuus de Senis.
Martinus Palatius.
106 Franciſcus de Punzectis iterum 1465.
107 Agatius de Attis de Tuderto 1468. Eſec. 3. 1468. *&* 69. *fol.* 37. *a t. in Arch. R. C. & in eod. Eſec. fol.* 45. *a ter.*
Egidius de Turre de Theate.
108 Paduanus Patitarius de Taranto 1469. & 1470. *Com.* 5. *a.* 1469. *&* 1470. *fol.* 290. *in Arch. R. C.*

106 Ni-

109 Nicolaus Antonius Orilia de Neapoli 1471.
110 Paduanus Patitarius de Taranto iterùm 1473. *in* Eſec. 17. *d. an. fol.* 160. *a t. in Arch.* R.C.
Franciſcus Maſtrillus de Nola.
Stephanus de Gaeta.
Leo de Sturrionibus de Amalphia *in Vol. priuil.* 42. *ab an.* 1473. *ad* 77. *fol.* 158. *a t. in Arch.* R.C.
Paris de Puteo.
111 Colucius Mangionus eod. an. 1473.
Antonius de Cappellis de Theano.
112 Corradus Curialis de Surrento 1475.
113 Leo de Sturrionibus iterum 1476.
Franciſcus Maſtrillus iterum.
114 Nicolaus Antonius Orilia denuò 1477. & 79.
115 Hieronymus Sperandeo 1480.
116 Iacobus de Peccatoribus Aquilanus 1481.
117 Iulius de Scortiatis de Caſtellucia 1482.
118 Iacobus de Peccatoribus iterum 1483.
119 Antonius de Alexandro Neapolitanus 1484. & 85. *ex Com.* 24. *a.* 1484. *fol.* 122. *a t. in Arch.* R.C.
120 Eod. an. 1485. Antonius de Alexandro prędictus.
Andreas Mariconda.
Nicolaus Antonius Orilia.
Hieronymus Sperandeo, &
Iacobus Philippus de Peccatoribus prædictus *Arca* 1. *fol.* 69.
121 Berardinus de Marchiſio.
Nicolaus Ricius de Licio.
Franciſcus de Pariſio Palermitanus 1488.
122 Franciſcus de Raynaldis de Sulmona.
Berardinus de Marchiſio iterum.
Nicolaus Ricius denuò.
Alphonſus Sances de Aragonia.

Sebaſtianus Clarius de Aquila 1491.

123 Iacobus de Ayello de Trano 1494.
Marcellus Gaczella de Gaeta.

124 Thomas Gramaticus Neapolitanus, ſed origine Auerſanus. 1495.

125 Iacobus de Ayello iterum 1496.
Petrus de Oliuerio Neap.

126 Colutius Coppula Neapolitanus 1499. & 1500.
Alij Iudices ab an. 1500. vſque ad noſtra tempora, in par. 3. recenſentur.

Apologia pro Ciuitate Pennenſi, & Luca de Penna, a Mucio Panſa excogitata; ſed per Auctorem in hanc formam redacta: pro Magnæ Curiæ Vicariæ, Regnique ſplendore. CAP. XI.

1 IN fine tertiæ partis editionis Venetæ per Philippũ Pincium Mantuanum an. 1512. ità habetur: *Lucæ de Penna de Ciuitate Pennæ Prouinciæ Aprutij Regni Neapolitani lectura ſubtiliſſima, & profundiſſima, ac penè diuina ſuper tribus poſtremis libris Codicis cum Dei laude feliciter explicit.*

2 Et in alia editione inſpeximus Lucam de Penna Gallum: ingemuimus ferè cum volumen illud reuoluimus, & præſertim cùm primas paginas legimus, encomia, & laudes a Pariſienſibus, Galliſque Doctoribus, ac Senatoribus Lucę Pennenſi tributas, abraſas, cancellatas; quinimo

quinimo penitùs immutatas, vidimus, vt facilius ſic poſſent eludere veritatem; quo nullum dari poteſt euidentius calumniæ teſtimonium; ſed ſuper hæc omnia vicit veritas.

3 Venerandam nos præferimus ſemper antiquitatem, & in rebus nouis, quæ mutationis ſuſpitione non carent, vetuſtatem ſemper duximus amplexandam. Habeāt Galli ſuum imaginarium Lucam Gallum; nos ſemper Pinnenſem habebimus, & Aprutinum, atque Regnicolam.

4 Propè excuſandum eſt crimen; nam ea eſt boni natura, vt ab omnibus appetatur. Illuſtres doctrina viros vnuſquiſque ſuos facere ſtudet; ſiquidem ſeptem Vrbes de inſignis Homeri ſtirpe hucuſque inuicem certant.

5 Nicolaus Arelatenſis ſuum eſſe conciuem aſſerit in Commentarijs, quos in *l.locationi.de diuer.præd. lib.* 11. *Cod.* reliquit. Sed quam ſit inanis, & vana ipſius deductio ex ipſius Lucæ Commentarijs apparebit.

6 Tenor enim, & ſenſus illius legis eſt talis. *Ordines, & diſpendia, quæ Ciuitates ipſæ, vel ordines Fiſco ſoluunt, diuidenda ſunt, & duæ partes ſunt ad Fiſcale Erarium deſtinandæ, reliqua tertia debet in ipſis Ciuitatibus pro murorum reparatione remanere*: ſed afferamus verba legis, quæ eſt *l.numero* 3.*C.de diuerſ.præd.lib.* 11.*Imper.Archad.*

7 *Reſtaurationi mœnium publicorum tertiam portionem huius Canonis, qui ex locis fundi, ſiue Reip. annua præſtatione confertur: certum eſt, ſatis poſſe ſufficere.* ſic Imper.

8 In Commentarijs autem huius legis, ſic ſubintulit Lucás ad verbum. *Iuſtè igitur ex parte noſtræ Ciuitatis petebatur, vt cum hoſtes inſtarent, nec defenſio tuta foret, eò quòd mœnia non erant, & ſi qua fuerant vetera, iam erant ruina collapſa, tertiam partem generalis ſubuentionis, quæ præter æquitatem in abundantiam onerum ſingulis annis imponi-*

tur , *remitteret* , &c. Hæc Lucas.

9 Quid autem habeat ex ijs,vt Lucam faciat Arelatenſem bonus Doctor iſte non habet. Nec enim verba illa ſunt Lucæ, ſed Theodorici Regis reſcribentis ad illos,per Caſſiodorum Scribam quomodo pro reparatione mœnium Arelatenſium,vel turrium vetuſtarum, certam illis dirigebat pecuniæ quantitatem. Legitur adhuc epiſtola illa ſub hoc titulo apud Caſſiodorum *lib.3. variar. epiſt.*44. quam hic inſerendam duximus , vt tam craſſus error è mentibus hominum eliminetur:

VNIVERSIS POSSESSORIBVS ARELATENSIBVS THEODORICVS REX.

10 *Quamuis primum ſit,læſos incolas refouere,& in hominibus magis ſignum pietatis oſtendere : tamen vtrumque humanitas noſtra coniungit : vt & largitatis remedio Ciuibus conſulamus,& ad cultum reducere antiqua mœnia feſtinemus: ſic enim fiet, vt Fortuna Vrbis, quæ in Ciuibus erigitur, fabricarum quoque decore monſtretur. Pro reparatione itaque murorum Arelatenſium,vel Turrium vetuſtarum certam pecuniæ direximus quantitatem: victualia quoque,quæ veſtras releuare videantur expenſas fecimus præparari, vt vobis deſtinetur cùm tempus nauigationis arriſerit . Releuate nunc animos, & de noſtra prouiſione recreati,futuræ copiæ ſpem tenentes, diuino fauore habetote fiduciam: quia non minus,& quod noſtris verbis,quàm quod horreis continetur.* Sic ibi.

11 Quid autem ex his, quæ ſcribit Theodoricus Rex Arelatenſibus deduci poſſit ad Lucę Patriam venandam, eamque declarandam,Arelatenſem eſſe Ciuitatem,non video. Confirmat Lucas vim legis Archad.Imp. Theodorici Regis teſtimonio,tùm ex Arelatenſibus męnijs,tùm ex Theatro Vrbis Romæ ſua pecunia reſtitutis.

12 Nùm fortaſſe ex his atteſtationibus deducemus Lucam fuiſſe Romanum? ſicuti ob mentionem factam de mæ-

Digitized by Google

mænijs Arelatenſibus, deducit bonus iſte Nicolaus Lucam ſuum fuiſſe conciuem? Qualis ſit iſtà deductio, videant, qui legunt, & ſapiunt.

13 Huius autem rei veritas ità ſe habet; cum in ſeditionibus Regni illius ſæculi Ciuitas Pinnenſis, multas hoſtium paſſa eſſet incurſiones, mænijs profectò deſtituta videbatur: vndè pro illorum reparatione Regiæ Maieſtati, vt ex tertia ſaltem parte fiſcalium collectarum iuuarentur, ſupplicauit; atque id eſt propriè, quod Lucas innuit loco citato, dum ſcripſit. *Iuſtè igitur petebatur ex parte noſtræ Ciuitatis* (ſupple) *Pinnenſis* (ſic enim eam ſemper Lucas apellat, vt infrà videbimus,) vt cum hoſtes intrarent, & defenſio tuta non foret, quia mænia non erant, & quæ erant, diruta videbantur, tertiam partem generalis ſubuentionis remitteret.

14 Id autem probat iuſtè fieri debuiſſe tùm ex *d. l. Reſtaurationi*, cùm ex Theodorici Regis exemplo, qui de pecunia propria, ne dum Theatrum Vrbis Romæ; ſed etiã muros Arelatenſes reſtaurari mandauit, vt videas ex his nec Gallum, nec Arelatenſem eſſe Lucam, quin potiùs Pennenſem, Aprutinum, atque Regnicolam, cum de Regni defectionibus, & hoſtium incurſionibus ſuo tempore ibi mentionem habuerit, de quibus plura Collenuc. *lib.* 5. & Thom. Coſta *in addit.*

15 Doleo equidèm, quòd tantus vir in tàm magnum inciderit errorem: ſed excandeſco magis, ex tàm vana, & futeli deductione Lucam hodiè vocari Gallum, cum Italus ſit, dicique Arelatenſem, cum conſtet, Regno eſſe Neapolitanum, Prouincia Samnitem, Patria verò Pinnenſem; & ſunt ex Regnicolis, qui iſta legerunt, & tacuere? Gallia lætari falſo nõ debet honore. Reddat itaque ſuum Lucam Regno, ſuam lucem Samnio, ſuum decus, & ornamentum Pinnæ, ac M. C. V. ſi amat iuſta videri, ſed corrigamus alios.

Ca-

Digitized by Google

Calumnioſè actum cum Luca in editionibus ſui Codicis per Iacobum Myt anno 1529. & 1538. cum in eis nulla facta ſit mentio de loco, vbi fuit Codex impreſſus, & de multis in eiuſdem editionibus additis, & immutatis. CAP. XII.

1 Sed vide impoſturam poſt ſex, & viginti annos, quo Lucæ Codex editus eſt Venetijs per Pincium cum his omnibus annexis quibus primo Pariſiis fuerat impreſſus, prodijt rurſus in lucem datus per Iacobum Myt anno Domini 1529. & poſtea 1538. nulla facta mentione de loco, ſiue de Vrbe, in qua editus diceretur: euidens ſanè præludium, multa in eo calumnioſè addita, & immutata fuiſſe, vt eum ſibi Gallia vindicaret.

2 Vel autem ex hoc, librum ipſum, noſtro hoc æuo reddi ſuſpectum facilè conuinci poſſet, ex regulis per Sacrum Tridentinum Concilium traditis ſuper editione librorum, ſtatuentibus in eo patribus, vt in cuiuſcunque libri editione, & nomen Auctoris, & Patriæ, & Impreſſoris, & Vrbis, ſeu loci, in quo impreſſio fieret, apponerentur; in eo autem, nec in principio, nec in fine libri, nec in vlla eius parte, de loco fit mentio. Vix ſemel in fine totius operis nominatur impreſſor: qua de re in eam veni ſententiam, vt multa, quæ ibi immutata leguntur, ſuſpecta eſſe cenſeantur.

3 Nec enim caret vitio ſuſpitionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare; Præpoſiti enim Typographicæ artis, eo in loco, quo impreſſus prodijt, non paſſi eſ-

ſent

ſent immutari in eo multa, quæ immutata leguntur, in præiudicium eorum, quæ prius ſcripta erant, tùm virorum illuſtrium, qui ſcripſerunt Lucam eſſe Pinnenſem, ne ſtultitiæ macula notarentur; ſtultus enim mutatur, vt Luna, atque ob id fortaſsè locum tacuerunt.

4 Quod vel ex eo colligi poteſt euidentiùs, quia ille idem Ioannes Chappius Borbonenſis, qui in prima editione Pariſiis Lucam Pinnenſem, & Aprutinum, Regnicolum pronunciauerat: ille idem in his editionibus 1529. & 1538. Lucam pronunciat Gallum; & in Epiſtola quadam peculiari, & tumultuaria ad illuſtrem Antonium de Prato Præfectum prætorio, palpans, veluti cęcus in tenebris, neſcit quo ſe vertat.

5 Primò enim Simonem de Briſſano Archiepiſcopum Mediolanenſem, eius Præceptorem fuiſſe teſtatur, quem D. Lucas in *l. fin. de cenſ. & cenſitis*, Dominum ſuum aſſerit nuncupaſſe, quaſi ille non potuerit eius vti familiaritate in Curia Cardinalis S. Mariæ Nouæ, cui opus ſuum ipſe dicauerat, & quaſi Romanæ Curiæ Lucas foret ignotus?

6 Mox eum Neapolitanum fuiſſe fatetur: deinde Arelatenſem nominat ex ijs, quæ ſcripſit Lucas in *l. reſtaurationi, C. de diuer. præd.* ſequutus Nicolaum Arelatenſem, qui ne dum in loco ſuperius citato; ſed etiã in reg. 2. And. Alciati *de præſumptionibus, præſumpt. 26. in fallen. 5. in addit.* ſic habet: *Vide Lucam de Penna cõciuem meum*, quod minùs verè dictum eſt, a Doctore profitente ſinceritatem, & veritatem.

7 Deinde aſſerit potiùs in quodam oppido, Arelatenſi Ciuitati proximo natum ob id, quia factam a Luca mentionem dicit de Arelate *in d. l. reſtaurationi.* Vltimo in eam vergit ſententiam nempè fuiſſe Tholeſanum, ibique Doctoratus inſignia conſequutum, vel ex ea re motus,

quòd

quòd dicat Lucas in tit. *de Præfectis prætorio , ſiue vrbi: Præfecti prætorio officium eſſe Ciuitates , & Caſtella nimiæ magnitudinis, vt eſt Ciuitas vnde mihi origo eſt, ad talem modum conſtruere, vt per paucos benè ſeruari poſſint,* addit, & aliam coniecturam, quod Tholoſani Doctores eius doctrinam publicè profitentur, & in Epiſt. Prohem. tunc primum edita; & impreſſa Pariſijs cum Lucę corpore, vt cęlaret de Lucæ Patria, & origine veritatem, quam in prima Pariſienſi editione antè annum Domini 1512. manifeſtè propalauerat, a quo Pincius tranſcripſerat.

8 Heu, heu, quis modus eſt iſte calumniandi, & opprimendi agnitam veritatem? quis modus eſt iſte argumentandi? Quæ ratio? quæ deductio? quæ noua Dialectica adducitur ad venandam tàm inſignis hominis patriam. Addit & illud Lucam ſæpiſſimè profiteri ſe de Regno fuiſſe, & de Regni Conſtitutionibus frequentiùs meminiſſe: ſed intelligendum eſſe dicit de Regno, & Conſtitutionibus Gallicanis.

9 Ponam ipſius ipſiſſima verba. *Lucas ipſe plerumque ſe de Regno (intelligo Gallicano) fuiſſe, ſat innuere videtur. Ait ſiquidem in l. hac prudentiſſima de quib. muner. & præſtat. quæſt. 24. Bartolum ab eo citatum de Regno non fuiſſe, nec ipſius conſuetudines agnouiſſe: quemadmodum ipſe, & ſcrutatus fuerat, et agnouerat. Item in l. coartalis de Coartal. plenam facit de ipſius Regni Conſtitutionibus mentionem*: ſubdit poſtea, & ex ijs, & multis alijs, quæ hic addicere, tædium afferret, *Sat mihi perſuadeo Lucam noſtratem extitiſſe in Regno originem ſumpſiſſe, cuius Ciuitatem ipſius teſtimonio magnam fuiſſe exploratum habemus*, & ſequitur dicere fuiſſe Tholoſanum, ſicut ſuperius retulimus.

10 Hæc omnia per illum Io. Chappium ſcripta; ſeu mauis per alium eius nomine ſuperaddita leguntur in editione anni 1529. & 1538. per Iacobum Myt, in qua

etiam

etiam nō ſine ratione fuit loci nomen omiſſum,ne agnoſceretur vnde tàm magnus error prodiret in lucem, ad hoc vt veritas his coloribus palleata deliteſceret. In quibus verbis tot benignus Lector agnoſcere poteſt ineptias, quot ſunt periodi,vt mirum in modum admirer,quomodo Galli Doctores, quorum eſt,acutiſſimum in omnibus profeſſionibus ingenium, hæc paſſi ſunt in lucem prodire,vt legerentur a doctis; ſed ne quis vanus glorietur in vanitatibus ſuis,incipiamus hæc vana reijcere, quòd cōmoditatis gratia ſequenti capite præſtabimus.

Reijciuntur ea, quæ in editione operis Lucæ de Penna, facta per Iacobum Myt de an.1529.& deinde 1538. per Io: Chappium Borbonenſem, ſeu per alium eius nomine a prioribus valdè diuerſa prodierunt in lucem. CAP. XIII.

1 CONcurrite,accurrite hùc omnes, qui Lucam de Regno Siciliæ,& de Ciuitate Pennæ in Aprutio fuiſſe negatis,& ponderate mecum,an dici poſſit Gallus,qui natale ſolum in ſuo cognomine habet annexum;ſed prius illud reijciamus Lucam non fuiſſe Neapoli ortum, prout multi aſſeruere, inter quos eſt Nicolaus Arelatenſis in epiſt. Prohæmiali ad lib.*de præſumptionibus Alciati*, nulla vera innixus authoritate,vel coniectura, quem ſequutus Io: Chappius id ipſum refert ex authoritate multorum,qui adducunt ad id, & Prohæmium Lucæ,in quo de Neapoli meminit, & *l.2. de priuil.vrb.Conſtantinop.*vbi(inquit Chappius)*de Neapoli mentionem habuit,quam Nolæ Metropolim aſſeruit.*

2 Sed aliud eſt de Neapoli meminiſſe, aliud Neapoli ortum fuiſſe: primum quidem eſt verum: ſecundum verò eget probatione. Degit Lucas vixitque diù Neapoli, carus Regibus, dilectus Principibus; Populo gratus, a ſapientibus ſui temporis honoratus; fuit tamen de Ciuitate Pennæ, a qua ipſe cognomen aſſumpſerat. Satis id perſpicuum fit ex traditionibus, ex conſuetudine deſumendi cognomen a Patria, ex domo adhuc ſuperſtite, ex ſtemmate, & ſucceſſoribus, ex genero cui nuptui tradidit filiã, ex lite, quam habuit cum Ciue Pinnenſi ſuper poſſeſſorio cuiuſdam domus, ex titulo operis eius, ex encomijs, quæ illi Doctores met Galli tribuerunt.

3 Suum facit illum Neapolis tanquam Regni caput, ad quod omnes eius Prouinciæ, & Ciuitates meritò relationem habent, ſicuti membra corporis dicunt ad verticem. Hinc a Doctoribus Neapolitanis, quorum proprium eſt ſuum cuique reddere honorem, de Ciuitate Pẽnæ nominatur, vt ab Affl. *in Conſt. Puritatem de praſtan. Sacram. baiul. n. 9. & in Conſt. Diua memoria n. 48. tit. de reuoc. alien. feud. lib. 3. & in Conſt. Cordi nobis nu. 12. de notif. band. lib. 2.* quibus in locis citans eum, ſic ait, *Lucas de Ciuitate Pennæ.*

4 Idem facit Iudex Blaſius de Murcono *in Conſtitut. Maieſtati noſtræ num.* 24. & Gabriel Serayna I. C. Veronenſis *in epiſt. nuncupat. ad Conſtit. Regni*, numerans omnes ferè Doctores Regnicolos, tùm antiquos, tùm ſui temporis neutericos, inter eos, Lucam de Penna, connumerat, Baiard. *ad Iul. Clar. q. 94. n. 10. f. 135. a t.* dicit ꝙ Lucas de Pẽna, *fuit de Ciuitate Pennæ Prouinciæ Apruty Regni Neap.* & Petrus Foller. *in pract. criminal. in 6. par. de form. capit. in adulteram verſic. in cauſa Petrelli Melucy circa finem*, Lucam *noſtrum vocat*, ad denotandum, quod ſit de Regno Siciliæ vltra pharum, cuius caput eſt Neapolis; idque factum eſt ab his doctiſſimis viris, vt vnuſquiſque poſſet agnoſcere, Lucam Patria fuiſſe Pinnenſem, in Ciuitate

Pinnę

Pinnæ ortum,educatum,bonis artibus imbutum. Regnò verò Neapolitanum,Prouincia Aprutinum: quos omnes de tàm inſigni homine benè valent gloriari.

5 Multò minus vrgent,quæ teſtimonio Nicolai Arelatenſis Chappius effutiuit ſcribens, Lucam vel Arelate natum , vel potius Arelatenſi fuiſſe oppido vicinum,ex his,quæ notauit *in l. reſtaurationi de diuer.præd.* in qua re multò magis cęcutire videtur;ſiquidem eodem argumétandi, quo vtitur modo, concludere poſſemus Lucam fuiſſe Romanum . Etenim non minùs erat ſub ditione Theodorici Arelate, quam Roma, quinimmo iſta magis, tamquam illa, quam poſſidere, glorioſum ſibi ducebant Gothorum Reges: & famem pro vtriuſque reſtauratione pecuniam de ſuo proprio cubiculo ille deſtinauit, atque id verè cedebat in probationem eius,quod Lucas aſſumpſerat: vel autem hi qui Grammaticam a primo limine ſalutarunt huiuſmodi argumentationem riderent: mutare ſententiam in melius ſemper ſapientis eſt habitum:in peius verò turpè,ac indecorum:& cum ſatis ſuperque de re iſta ſupra diximus,non eſt cur hic velimus vlterius ſermonem producere.

6 Sed deueniamus ad illud,quod de Regno,& Conſtitutionibus,aſſeris,Gallicanis; & videbimus quantum in Cymmerijs degas tenebris;ſic enim inconſultè proloqueris. *Lucas ipſe plerumque de Regno (intelligo Gallicano) ſe fuiſſe ſat videtur innuere in l.hac prudentiſſima, de quibus muner.& præſt.quæſt.* 24. *vbi ait Bartolum ab eo citatum de Regno non fuiſſe,nec ipſius Conſuetudines agnouiſſe, ſicut ipſe ſcrutatus fuerat,& agnouerat, & in l.ſi cohartalis de cohart. plenam facit de ipſius Regni Conſtitutionibus mentionem.* Ex quibus (ſubdis) *euidenter apparet Lucam noſtratem eſſe, in Regnoque originem ſumpſiſſe.*Sic ille ad verbum;quæ repetere coacti ſumus, ne quis nos calumniari te velle arbi-

tretur. Sed heus bone: ſicut verum eſt illud,quod Lucas ſe de Regno eſſe profitetur,& de eis Conſtitutionibus ſępè meminerit,ita falſum eſt illud,quod de Regno,& Conſtitutionibus Gallicanis intelligendum fore teſtaris.

7 Appellatione Regni apud Lucam ſemper intelligitur Regnum Siciliæ, ſicut etiam apud omnes communiter, & nos tetigimus in præludijs. Audi verba eius in prohæmio. *Cum olim nobiliſſima Ciuitate Neapoli abſceſſurus breuius immorarer die quadam ingenioſo, & magnæ potentiæ viro Paulo, quem bellicoſum Peruſinum ſuſceptum ex ſe dixerit in Regnum obuiam habui,&c.* Audi,& aliud Lucę teſtimonium in *l.vnica tit. de conduct. & procurat. lib.* 11. *Dicunt communiter periti ipſius Regni* (inquit Lucas) *quòd per dictam Conſtitut. Regni (incipientem Puritatem de præſt. Sacram.Camer.& Baiul. quam Imperator,& Rex Federicus ediderat) ne dum Conſtitutiones, ſed etiam ius Longobardorũ Romano Iuri præferendum eſt in Regno* ; & paulò inferiùs ſubdit: *Immo dicunt alij, quod ius Longobardorum eſt ius cõmune in Regno,per ea,quæ dicit prædicta l.Puritatem.*

8 Quæ ſententia ità intelligenda eſt (ſubdit Lucas,) *vt attendatur conſuetudo, ſecundum quam quis viuit, iuxta verba legis, vel Conſtitutionis illius (prout qualitas litigantium exegerit,) quæ ſententia planè maturèque digeſta(* ſubdit Lucas) *ſemper obſeruata fuit in Curia Vicariæ Regni,*& in *l.ſi coloni de agric.& cenſ.lib.*11.*num.*31.*fol.* 499. loquitur de Conſeruatorijs,& Capitulis Regni,& in *l.*3.*quando,& quib.quar. pars deb.lib.*10.*fol.* 207. *num.*4. citat Conſtitutionem *in aliquibus*,quòd ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedunt,quid clarius?

9 Habes igitur ex his Regni nomine ſimpliciter intelligi a Luca Regnum Siciliæ,non Gallicum. Per Conſtitutiones item intelligi Conſtitutiones Regni Siciliæ, non Gallię,Federicus enim Imperator fuit Rex vtriuſque

Sici-

Siciliæ, quibus, & leges dedit, quas Gallis dare non potuit: niſi ò bone vir Chappi, velis Regnum Galliæ, Regni Siciliæ Federico fuiſſe ſubiectum.

10 Curia item Vicariæ, de qua meminit eſt Neapoli in Regno, non in Gallia. Quòd ſi aliqua iura Francorum vigebant in Regno, illa per Federicum ſublata ſunt in Conſtitutionibus, *vt in tit.* 17. per totum apparet, cuius rubrica eſt *de iure Francorum in iudicijs ſublato.*

11 Ex his, & multis alijs, quæ cauſa breuitatis omittuntur euidenter conſtat, quòd ſi Lucas profitetur ſe eſſe de Regno (vt bonus iſte Chappius oſtendit) intelligendũ id ſit de Regno Siciliæ, non Gallico, & Conſtitutiones de quibus tam frequentiſſimè meminit, intelligendas eſſe ſimiliter de ijs, quæ per Federicum editæ, in bonum Regni regimen hucuſque vigent, non Francas, non Gallicas, quas ſublatas voluit a Regno ſuo Regalis illa Maieſtas, ſicut diximus. Ex quibus ſit, vt euidẽter appareat Lucam noſtrum, vel ex ipſius Chappij confeſſione Regno eſſe Neapolitanum, non Gallum.

12 Quando igitur dixit Bartolum non fuiſſe de Regno, nec eius conſuetudines agnouiſſe, intellexit de Regno Siciliæ, in quo ſecundum Conſtitutiones Regni iudicatur per Federicum editas, nec non ſecundum conſuetudines, quas poſtea per Carolum Secundum Regem Hyeruſalem, & Siciliæ approbatas reperimus, quiue eas in vnum volumen redigendas eſſe mandauit, & per Napodanum multoſque alios I.C. additionibus, & interpretationibus illuſtratas nunc videmus; non autem intellexit de conſuetudinibus, & conſtitutionibus Gallicis, quas Lucas ipſe non nouerat.

13 Super multas Regni conſtitutiones, eiuſque conſuetudines per Lucam de Penna noſtrum, nonnulla edita fuiſſe commentaria, multi ſunt qui teſtantur, ſed en hic tibi titulus: *Con-*

Conſtitutiones Regni Neapolitani cũ Gloſſis Dominorum Sebaſtiani Neapodani, Marini de Caramanico, Bartholom.ei de Capua, & LVCAE DE PENNA, cum additionibus, & apoſtil. D. Nicolai Superantij Patricij Veneti:

Impreſ. in 4. Lugdun. apud Ioannem Criſpin. alias de Quarre an. 1537. & ſuper Regni Capitula Gloſſemata multa ab ipſo fuiſſe promulgata, quòd indicat illius libri ſimiliter titulus, his verbis exaratus:

Capitula Regni Siciliæ, cum Gloſſis Dominorum Neapodani Sebaſtiani, Do. LVCAE DE PENNA, & Do. Nicolai de Neapoli nouiter correcta, ac diligenti caſtigatione emendata.

Edita Neap. apud Io: Nardum Suganappum 1551. in fol. & deinde Lugduni ſumptibus Io: Andreæ de Bottis anno 1558.

14 Ex quibus clarè deducitur Lucam numquam Gallica ſtatuta, vel leges agnouiſſe, ſuiſque commentarijs, & expoſitionibus illuſtraſſe, ſicut fecerat in Regni Siciliæ conſtitutiones, & capitula. Per Regnum autem in quo degebat, & ſcribebat Lucas interpretari Gallicum Regnum a quo aberat, & ad quod nunquam acceſſerat, vel omninò cæcutientis; vel inuidentis eſt animi. Teſtis autem, qui primò veritatem depoſuit; ac ſollemniter cõfirmauit, ſi repetitus veritatem immutauerit, torturam de iure effugere non poteſt. Præſupponitur enim alicuius im-

impulſu denigraſſe veritatem,quæ ſuper Reges, & Principes,& ſuper fœminas,& vinum fortiſſima apparet,eius exiſtens naturæ, vt abſcondi quidem, & cęlari: opprimi autem, & extingui neutiquàm poſsit ; ſed tranſeamus ad alia.

Lucam de Penna, non fuiſſe Patria Tholeſanum, nec in ea Ciuitate Lauream Doctoratus ſuſcepiſſe;nec ſolùm Tholoſæ; ſed vbique locorum Lucæ doctrinam celebrē eſſe demonſtratur. CAP. XIII.

1 NVnc reijciendum a nobis eſt illud, quod de Tholoſa Galliæ Ciuitate mendacitèr aſſerunt, ſtatuentes in ea natum Lucam ; in ea literis imbutum ; ac in ea demum ſuſcepiſſe ſui doctoratus inſignia , quæ quidem mendaciſſima ſunt: ſed audiamus ipſius Chappij verba id ipſum conſtantèr aſſerentis *in epiſt.prohem.ad Anton.de Prato*, quam ſupra citauimus;ſic enim habet ad verbum:

2 *Lucæ Ciuitatem* (inquit) *ipſius teſtimonio magnam fuiſſe exploratum habemus,vt teſtatur in tit. de Præfecto Prætorio,ſiue vrbi. Ait enim Præfecti* Prætorio *officium eſt, Ciuitates,& Caſtella nimiæ magnitudinis,vt eſt Ciuitas vnde mihi origo eſt: ad talem modum conſtruere ; vt per paucos bene ſeruari poſſint,&c.Fuit igitur de Regno,& de magna Ciuitate,& ne prudentiæ propriæ inniti viderer, a viris,quos huiuſce rei non neſcios cenſui ſciſcitatus:didici ambage ſemota qualibet. Lucam extitiſſe Tholoſanum : ibique Doctoratus inſignia conſequutum , quandoquidem & hac ratione Tholoſates Doctores iuribus extricandis, eundem Tholoſanum Doctorem pu-*

publicè profiteri non erubeſcunt,&c. & poſt pauca. *Vrbs ipſa Tholoſana magna eſt,& in Regno: iungatur vtrumque,& plenum forſitan afferret teſtimonium.* ſic ibi ad verbum.

3 In hoc autem periodo, quot inſint inæptiæ, qui legit intelligat. Fuit vtique de Regno Lucas: ſed non de Regno Gallicano, vt iſte Borbonenſis aſſumit. Hoc enim erat illi probandum, ne peritiæ propriæ inniti videretur. ¶Pluribus ſupra probauimus appellatione Regni apud Lucam, Regnum Siciliæ venire, non Gallicanum; idque non ſolum apud Lucam; ſed apud Reges, & compilatores conſtitutionum, conſuetudinum, capitulorumque Regni; nec non apud eorum expoſitores, & interpretes, quorum authoritates, & teſtimonia omiſimus, cum apud eos apertè legantur, ne longa nimis fluat oratio.

4 Sed dato, quod Lucas fuerit de Regno Gallico, quæ eſt iſta conſequentia? ergo natus eſt Tholoſæ? quia Tholoſana Ciuitas eſt vrbs magna: ſola ne Tholoſa in vniuerſa Gallia eſt magna vrbs? nonne cęteris vrbibus maxima per hæc irrogatur iniuria? Quid dicet ad iſta Lugdunum? Quid Tourx, ſeu Turonum? Quid ipſæ demum Lutetiæ Paryſiorum, tum tot alijs Ciuitatibus, quibus vniuerſa Gallia frequens coruſcat?

5 Sed vt Borbonenſis iſte maioris conuincatur erroris, adducenda ſunt multa, quæ circa Lucæ patriam adiacentia, eius ſpecificant Ciuitatem, quæ certum eſt iuxta Tholoſam non reperiri: meminit enim Lucas de Luca Atriano pictore ſui temporis inſigni, cuius adhuc viſuntur in choro Eccleſiæ S. Mariæ Atrienſis, quæ olim erat de Diocęſi Pinnenſi, imagines quædam mira arte depictæ, vt ſcripſit *in l. 8. de metatis, & epidemat.* quem Atrienſem pictorem (Atrienſem in antiqua edit. in Lugdun. verò Adrienſem habet) vna cum Ioto, vel Ionto Florentino ſuis temporibus in pingendi arte cęteros omnes exceſſiſſe fatetur.

6 Non

6 Non eſt autem Atria, ſeu Adria circa Tholoſam; ſed propè Pinnam, cuius Epiſcopatui iuncta eſt: *& in l.5. de fide inſtrum. lib.* 10. declarans quid ſignificet nomen prodigiorum, turſus de Atrianis quibuſdam meminit, ſcribens: *vel expone prodigiorum, ideſt eorum, qui conduxerunt quoddam vectigal, vel gesſerunt officium annonæ, ex cuius fructibus, & pecunia prodigaliter vixerunt, vt fecerunt quidam Atriani*, alibi *Adriani.*

7 Meminit, & de flumine Tabis *in l.3. de his, quæ in vnum liber, vel pauper. lib.*10. Fluuius autem iſte Pinnenſes alluit oras, & more fluentis chriſtalli illabitur per Ciuitatis Pinnæ regiones ab Appenninis Montibus ſcaturiens, apud Farindulam illius Ciuitatis Caſtrum, *in l.etiã 3.de quib.muner.& præſt.lib.*10.*fol.*269.*nu.*6.*in edit. Lugd.* 1582. meminit de Ciuitate Aquilæ, & de Ciuitate Ducali, & quomodo ex pluribus Caſtris ſimul vnitis fuerant extructę.

8 Sed & de Barbatio Sulmonenſi Franciſci Petrarchæ familiari, & amico mentionem habuit *in l.3. num.*4. *lib.*12.*& in l.3.quando,& quib.quarta pars deb.* mentionem habuit de Caſtro Corbariæ, quod per decem milliaria diſtat a Ciuitate Pennæ, dicens, *Cum conſultus eſſet in quæſtione de facto vertenti in Ciuitate noſtra ſuper ſucceſſione Riccardi de Corbaria, &c.* certum eſt hæ omnia loca eſſe circa Ciuitatem Pennæ, non circa Tholoſam, vt ex communi Hiſtoricorum, & Geographorum teſtimonio: nec Riccardus ille de Corbaria litem mouit Tholoſæ; ſicut eam mouit in Ciuitate Pennæ, in qua Prouincialis reſidebant Iuſtitiarius, & quam meritò Lucas noſtram vocat, non ſolum, quia ibi natus, educatus, & bonis artibus fuit imbutus; verum etiam, quia ſapientes homines ſunt vrbium, & Ciuitatum munimenta magis, quam turres, & mænia, vt ad Abderitanos olim ſcripſit medicorum Prin-

R ceps

ceps Hypocrates, vnde felices ſunt populi, qui bonos viros, & ſapientes ſua tutamenta, & defenſacula eſſe ducunt, non mænia, non turres, cæteraque propugnacula.

9 Fuit igitur de Regno Lucas, non Gallicano, ſed ſiculo, fuit & de Magna Ciuitate, ſed non Tholoſana; nec in ea ſuſcepit doctoratus inſignia, vt Borbonen. iſte per idęas quaſdam immaginarias ſomniare videtur: ſed fuit de Aprutio, fuit de Ciuitate Pennæ, vbi degit, vixit, & mortuus eſt, vt veteres lapides eius ſepulchrales hucuſq; oſtendunt in Baſilica Franciſcanorum, propè męnia Ciuitatis Pinnæ a nobis viſæ, atque a celeberrimo Mutio Panſa eius conciue in illuſtriorem formam redactæ, ſic habent:

D. O. M. P

Lucæ de Penna ſepulchrum

I. C. Eminentiſſimi

Quem

Penna in Samnio genuit

Parthenope excoluit,

Sibi æmula adſcripſit Gallia

Vniuerſa ſuſpexit Europa

Mutius Panſa Phyloſophus, & Medicus

Ne ſuus honos magno deeſſet cineri

Ex humili loco in hanc lucem extulit

Elogium poſuit, & apologiam ciuis pro ciue

Conſcripſit.

Amo-

Amoris, & grati animi monumentum Anno Iubilei M.DC.XXV.

In veteri monumento.

Ora vides Lucæ de Penna hoc marmore ſculpta
Clarior in ſcriptis extat imago ſuis.

Et paulo inferius

Diſce mori: breuis hora rapit mortalia: magnus
En modo qui fueram: ſum cinis: vmbra, nihil.

10 Neque verum eſt, lauream ſuſcepiſſe doctoratus Tholoſæ cum ex copia eius priuilegij, quæ eſt apud conſpicuum virum omni laude meritiſſimum, Ioannem Donatum de Penna Ciuem Neapolitanum ipſum Lucam laureatum videamus, legamus cum data apud Colleg. Neapol. ſub anno Domini 1345. cuius rei authenticum exemplar nobis tradendum curauimus, & quam alibi de verbo ad verbum dabimus, vt craſſus hic Gallorum error a mentibus hominum excludatur atque eliminetur.

11 Multi ſunt, qui teſtantur Lucæ Præceptorem fuiſſe Henricum Acconciaiocum de Rauello, quem ipſe Lucas *in l.ſi apparitor defugerit de cohartal.lib.*12. Dominum ſuum vocat ſcribens: *Hanc opinionem tenebat ſubtilis ingenij Dominus meus Henricus Acconciaiocus de Rauello, &c.* ſub cuius diſciplina militans, tàm ſollemnis doctor euaſit.

12 Sed neque coniectura illa vera eſt, quam afferūt Lucam laureatum Tholoſæ, quòd ea de cauſa Tholoſani Doctores in iuribus extricandis eundem Tholoſanum Doctorem publicè profiteri non erubeſcant. Id enim æquè eſſet, ac ſi diceretur Bartoli, & Baldi doctrinam pu-

bliçè profitentur Pariſienſes D.D. ergo Bartolus, & Baldus Pariſiis ſunt laureati, quòd ne bardus quidem admitteret. Omnes ſcholæ copioſam Lucæ doctrinam admiratæ, ſequutæ, & profeſſæ ſunt: ei mordicus adhærentes ergo adſtruere liceret, Lucam in omnibus ſcholarum collegijs fuiſſe laureatum? Quæ eſſet iſta conſequentia? Apage Chappi, Topium non capies, ſile, ſile cum tam inſano tuo dogmate. Veniamus ad alia.

Ciuitatem Pinnenſem magnam olim fuiſſe vrbem, ex multis demonſtratur, & de magnitudine eius merito Lucam gloriatum fuiſſe conuincitur; eiuſdemque Ciuitatis multa referuntur encomia, & notabilia aliqua recenſentur. CAP. XIV.

1 CÆterùm quoniam Chappius iſte Borbonenſis, relicto veritatis tramite, per ſemitas aridas, & inuias feſtinantèr incedit, vt Gallum Lucam faciat, non veretur vanas in medium afferre coniecturas; eum ſcilicet ex Magna Ciuitate fuiſſe Tholoſam nominans, & ſimul Ciuitatē Pennæ carpens, quaſi & mole ſit quantitatis exiguæ: & meritò virtutis ignota.

2 Ideò benè me facturum puto, ſi de vtraque quantitate virtutis, & molis, aliqua illius Ciuitatis perſtringā, vt orbis agnoſcat, nil temerè a Luca prolatum, cum dixit *in tit. de Præfecto Prat. ſiue vrb. Præfecti Prætorio officium eſſe, vt Ciuitates, & Caſtella nimiæ magnitudinis, vt eſt Ciuitas vnde mihi origo eſt, ad talem modum conſtruere, vt per paucos poſſint bene ſeruari.* Hæc enim ſcribens Lucas, de Pinna Ciuitate ſua, minimè eſt mentitus, quam ſcie-

ſciebat,& quantitate molis,olim fuiſſe maiorem,& ſãguinis,ac virtutum ſplendore conſpicuam.

3. De qua aliqua nunc dicenda ſunt, ab eius prima ædificatione a Veſta facta,in Veſtinis incipientes; certum eſt autem Pinnam in Veſtinis locatam fuiſſe a Scriptoribus,ex quibus Plinius *lib.3.cap.13.*ſic ait.*Veſtinorum Pinnenſes: Angulani: Peltuinates*, & Ptholomeus *in tabula 3. Italiæ Veſtinorum*(inquit)*qui ſunt orientaliores Precutijs Ciuitates Pinna, Auia, Amiternum, Anglon, Marrucinorum mediterranea Teatea.*

4 Vnde Vitruuius *lib.8.cap.10.*& eius imitator Baccius in *Thermis* vocant eam *Pinnam Veſtinam*,& Græcum Lexicon in ſynonimis Geographicis *lit.* P. ſic habet Πιννα *Italiæ Vrbs in Veſtinis* Ptholomeo. Leander tradit ſuo æuo *Penna* dici, & rurſus in Lexico Πιννα *Veſtinorum Vrbs vetuſtiſſima.Hodie Penna.*

5 De hac quoque Maginus *in ſua Geographia in deſcriptione Regni Neapol.cap.pen.de Samnitibus*,ſic ait: *Pinna Vrbs antiqua, vulgò Ciuita di Penna, quæ nobilis ſatis nunc eſt: licet non adeò,vt olim opulenta,& frequens ſit*; nobile,& antiquum oppidũ, appellatur quoque a Paulo Merula *in ſua Coſmographia par.2. lib.4. cap.29.fol.*1192. virentem eam vocat Sillius noſter Italicus *lib.*8.dum ſcripſit:

—— *Pinnamque virentem.*

Quòd olearum copia,quibus abũdat,factum eſſe Petrus Marſus Commentator ediſcerit, inquiens: *Vetuſtiſſimam eſſe Vrbem verſus Mare Hadriaticum, oliuetis & olei copia, & paſcuis claram: eius autem gentes armigeræ comitatæ ſunt Scipionem ad delendam Chartaginem, ex Sillio ibidem.*

6 Clariſſima, & nobiliſſima eſt hiſtoria, de Pultone Pinnenſi iuuene in Italico bello, quam refert Valer.Max. *lib.5.de charitate erga Parentes,et Patriam in exteris*,Franc. de Petris *in Hiſt.Neap.lib.1.cap.6.fol.60.*

bliæ profitentur Pariſienſes D.D. ergo Bartolus, & Baldus Pariſiis ſunt laureati, quòd ne bardus quidem admitteret. Omnes ſcholæ copioſam Lucæ doctrinam admiratæ, ſequutæ, & profeſſæ ſunt: ei mordicus adhærentes ergo adſtruere liceret, Lucam in omnibus ſcholarum collegijs fuiſſe laureatum? Quæ eſſet iſta conſequentia? Apage Chappi, Topium non capies, ſile, ſile cum tam inſano tuo dogmate. Veniamus ad alia.

Ciuitatem Pinnenſem magnam olim fuiſſe vrbem, ex multis demonſtratur, & de magnitudine eius merito Lucam gloriatum fuiſſe conuincitur; eiuſdemque Ciuitatis multa referuntur encomia, & notabilia aliqua recenſentur. CAP. XIV.

1 CÆterùm quoniam Chappius iſte Borbonenſis, relicto veritatis tramite, per ſemitas aridas, & inuias feſtinantèr incedit, vt Gallum Lucam faciat, non veretur vanas in medium afferre coniecturas; cum ſcilicet ex Magna Ciuitate fuiſſe Tholoſam nominans, & ſimul Ciuitatē Pennæ carpens, quaſi & mole ſit quantitatis exiguæ: & meritò virtutis ignota.

2 Ideò benè me facturum puto, ſi de vtraque quantitate virtutis, & molis, aliqua illius Ciuitatis perſtringā, vt orbis agnoſcat, nil temerè a Luca prolatum, cum dixit *in tit. de Præfecto Præt. ſiue vrb. Præfecti Prætorio officium eſſe, vt Ciuitates, & Caſtella nimiæ magnitudinis, vt eſt Ciuitas vnde mihi origo eſt, ad talem modum conſtruere, vt per paucos poſſint bene ſeruari.* Hæc enim ſcribens Lucas, de Pinna Ciuitate ſua, minimè eſt mentitus, quam ſcie-

ſciebat,& quantitate molis,olim fuiſſe maiorem,& ſãguinis,ac virtutum ſplendore conſpicuam.

3. De qua aliqua nunc dicenda ſunt, ab eius prima ædificatione a Veſta facta,in Veſtinis incipientes; certum eſt autem Pinnam in Veſtinis locatam fuiſſe a Scriptoribus,ex quibus Plinius *lib.3.cap.*13.ſic ait. *Veſtinorum Pinnenſes: Angulani: Peltuinates*, & Ptholomeus *in tabula 3. Italiæ Veſtinorum*(inquit)*qui ſunt orientaliores Pracutijs Ciuitates Pinna, Auia, Amiternum, Anglon, Marrucinorum mediterranea Teatea.*

4 Vnde Vitruuius *lib.8.cap.*10.& eius imitator Baccius in *Thermis* vocant eam *Pinnam Veſtinam*,& Græcum Lexicon in ſynonimis Geographicis *lit.* P. ſic habet Πιννα *Italiæ Vrbs in Veſtinis* Ptholomeo. Leander tradit ſuo æuo *Penna* dici, & rurſus in Lexico Πιννα *Veſtinorum Vrbs vetuſtiſſima.Hodie Penna.*

5 De hac quoque Maginus *in ſua Geographia in deſcriptione Regni Neapol.cap.pen.de Samnitibus*,ſic ait: *Pinna Vrbs antiqua, vulgò Ciuita di Penna, quæ nobilis ſatis nunc eſt: licet non adeò,vt olim opulenta,& frequens ſit*; nobile,& antiquum oppidũ, appellatur quoque a Paulo Merula *in ſua Coſmographia par.*2. *lib.*4. *cap.*29.*fol.* 1192. virentem eam vocat Sillius noſter Italicus *lib.*8.dum ſcripſit:

—— *Pinnamque virentem.*

Quòd olearum copia,quibus abundat,factum eſſe Petrus Marſus Commentator ediſcerit, inquiens: *Vetuſtiſſimam eſſe Vrbem verſus Mare Hadriaticum, oliuetis & olei copia, & paſcuis claram: eius autem gentes armigeræ comitatæ ſunt Scipionem ad delendam Chartaginem, ex Sillio ibidem.*

6 Clariſſima, & nobiliſſima eſt hiſtoria, de Pultone Pinnenſi iuuene in Italico bello, quam refert Valer.Max. *lib.*5.*de charitate erga Parentes,et Patriam in exteris*,Franc. de Petris *in Hiſt.Neap.lib.*1.*cap.*6.*fol.*60.

7 Hu-

7 Huius itaque Veſtinæ regionis caput, & Præſes fuit olim Pinna, quæ etiam vltra Montes ad Amiternum vſque porrigebatur.Hodiè autem terminatur a Montibus vſque ad Mare,& ab Aterno flumine,quòd Marrucinos a Veſtinis diſtinquit vſque ad Vomanum flumen, a quo Veſtini a Præcutinis diſtinguntur.

8 Antiquiſſimus autem vſus obtinuit, vt tota illa Regio,quę prius Veſtina dicebatur,hodiè a nomine huius Ciuitatis Pinnæ, Pinnenſis nominetur, vt mirum non ſit illud,quod ſcribitur a Conſiliario Marino Freccia *lib.*1.*de ſubfeud.tit.de antiq.Statu Regni,num.*59. quando ait, Appenninos Montes a nomine Ciuitatis Pinnæ fuiſſe denominatos.

9 Eſt enim hæc Ciuitas ſita quaſi in medio illius longiſſimi tractus,quem hi Montes habent ab Alpibus vſque ad Leucatis promontorium. Sicut autem hæc Regio dicta eſt Pinnenſis a Pinna : ita & Veſtina dicta eſt a Veſta, quæ in his regionibus maximè colebatur.Vnde frequentiſſimum fuit Veſtæ nomen in fęminis in hac regione Veſtina,pro ut lapides ſepulchrales, qui in dies effodiuntur, oſtendunt.

10 Quæ autem,& qualis fuerit *Veſta*, dum quæreremus a qua Veſtini hi populi dicti ſunt : inuenimus tādem ſecluſa omni antiquarum fabularum ambage,fuiſſe vxorem antiquiſſimi Patris Nohæ, a quibus poſt cladem aquarum famoſam,nouum vniuerſus orbis ſumpſit exordium. Teſtatur id autem apertè Petrus Leo Caſella *de primis Italiæ colonis in prin.*his verbis:

11 *Aduenit,& Ianus placida exceptus Tiberis vehitura, qui cum noui Aborigines. Aduenit, & Veſta mari ſupero ad Aterni oſtia, cui Montana magis, & illius fluminis placuere fontes,ab ea Veſtini,&c.* quem citat, & ſequitur nouiſſimè Lucius Camarra omnigenis literis excultiſſimis Conciuis

meus

meus *de Teate antiquo lib*.1.*cap*.1.*fol*.16.ſed Tytea magna erat proprium nomen vxoris Nohæ,vt legitur apud Hieronymum de Curte *in Hiſtoria Veronenſi par*. 1. *lib*. 1. *fol*. 1. Vuolfgangum Lazium *de gentium migrat.fol*. 17.& Hieronym.Henninges *in Theatro Genealog.to*.1.*fol*.107.

12 Hæc itaque in Italiam veniens, & vna cum Sabatio ſago pronepote,qui ex Battrianis, & Caſpijs Montibus aduenerat per Sabinos populos a Saba iam populatos diſcurrens in regione Teſtrunna (ſeu Piſtrunna) conſediſſe in vico propè Amiternum Vrbem poſito,deinde vrbem Cotylam bello captam occupaſſe tradiderunt, ex quibus eſt Dionyſius Halicarnaſ.*lib*..2. Portij Catonis teſtimonio.

13 Et ex agro Reatino colonos emittentes,alias condediſſe vrbes,in quibus habitabant ſine muris,inter quas fuit Cures a qua deindè Quirites dicti ſunt T. Tatio, & Numa Pompilio ibi poſtea natis, tantumque hos populos inualuiſſe vſque ad Mare Hadriaticum ſe extendentes,regiones illas occuparint, quod confirmat, & Halicarnaſ. lib.1.

14 Titea igitur ex Montibus Caſpijs vnde venerat Caſperolam ædificauit vna cum Sabo, ſeu Sabatio Sango,cuius meminit Virg.*in* 7. *Æneid*. vbi vocat eam Caſperiam dicens:

Qui tetricæ horrentes rupes montemque ſeuerum
Caſperiamque colunt.

Et de qua Sillius quoque Italicus cecinit *lib*.8.

Hinc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula.

Hodie autem dicitur Criſpiola,non longè ab Aquila.

15 Fama etiam eſt hanc fundaſſe Amiternum Vrbem, & Forulos in regione Piſtrunna; & Aternum oppidum in Marrucinis: & vltra Montes egreſſa cœli, & re-

gio-

gionis temperie,fœcunditate delectata, nomen ſuum regioni tribuit,Veſtinam illam vocans, Pinnamque condidit,quam Veſtinam nominari voluit, ſicut & eam Vitruuius nominat *lib.8.cap.10*. Pinnæ autem ei nomen dedit, vel a pennis, quas honoris gratia geſtabat in capite, vel potiùs a victis, & faſcibus quibus redimita procedebat; vnde Horchia dicta eſt,ideſt turrita,& pinnata D. Hieronymus *in lib.de nominibus hebraicis* aſſerit, quòd Horchiarot ſignificat coronam altam, & latam.Huc vſque Pinnæ demoſtratur regio in qua conſedit. Horchia dicta, vulgò hodiè Horta.

16 Mox vlteriùs progreſſa Titeam vrbem condidit a ſuo nomine Titea, quę hodie *Theate* nominatur: vulgò *CHIETI* Patria noſtra,errantque non parum,qui eam a Thetide Achillis matre fundatam dicunt (Marin.Frec.*de ſubſ.l.1.fol.92*. qui citat Fac.de Vbert.Io: Bapt.Theatin. Ordin.Predicat.*in arb.Andron.in 4.ætat.fol.109*.& Octau. Beltran. *in deſcript. Regni edit. 1640.fol. 310*.)cum altiorem habeat ſui ortus originem;a Theti autem fortaſſe reſtauratam veriſimilè eſt credere,ita Mucius Panſa Medicus magni nominis,ſummæque eruditionis *in hiſt.m.ſ.rerum Pinnenſium* a Lucio Camarra I.C.celeberrimo Theatinoque Patricio citatus de *Theate antiquo lib.1.c.2.fol.30*. & nos in noſtra Topographia pleniùs agemus; ac opinionem magis veram,& communem recenſebimus.

17 Multa autem loca in Veſtinis erexit,quæ a nomine ſuo Veſtę,& Iani coniugis denominauit, vt oppidum Veſtinum in Montibus, ex cuius ruderibus ædificatum eſt Caſtrum, quod hodiè *Veſteium*, ſeu *Veſtigium* dicitur: Valucianum ſimiliter:Laqucianum: Noxianum, Catenianum,Scorrianum,Baſſianum, Germinianum, & Faunianum in memoriā Fauni Pici Pronepotis, qui ex Sabinis veniens Samnites adauxit,& Picenis dedit originem,

vt

vt ex Halicarnaſſ. & Strab. locis citatis elicitur.

18 Quibus peractis diem clauſit extremum,& propè Ciuitatem noſtram Theatinam in loco qui dicitur Sepultorium,hodiè vulgò *Spoltore*,famà eſt, humatam extitiſſe. Fęmina autem fuit Sanctiſſima,Religioſiſſima, Sacrorum Regina, a qua non ſolum Veſtina Regio; ſed & Veſtales Virgines ſumpſerunt exordium , ac denominationem. Hæc de prima origine Ciuitatis Pinnæ , vbi natus eſt Lucas Iudex M.C.V.& Regius Conſiliarius , apud non contemnendos Auctores, ſcripta comperimus, comite traditione perenni.

19 Vrbs Pinnenſis, vrgentibus bellis inter Alphonſum Aragonum,& Renatum Reges,an.circiter 1438.depopulata,diruta, ac incenſa fuit: ita habent Io: Baptiſta Carrafa *hiſt. Neap.lib.8.fol.* Hieronym. Picus Fonticulan. *in deſcript.ſeptem illuſtr. Ciuit.* dum de Aquila loquitur *fol.84. & 95.* Berardin. Cirill. *annal.Aquil.lib.7. fol.68.& lib. 10.fol. 100.* Scipio Mazzell. *in vitis Regum Neapol. ſub Renatu fol. 253.* & Hector Pignatellus Dux Montis Leonis *in Vol. m.ſ. rerum antiq. Regni ſub Alph. 1436.fol.103.a t.*

20 Ciuitas hæc per II.Viros,& per IIII.Viros diù recta fuit ſub auſpicijs S. P. Q. R. plures ad id extant inciſi lapides , de quibus copioſiùs in deſcriptione huius Vrbis, pertractabimus; binos autem hic adducere incongruum non erit , ad Apologiæ Patriæque celeberrimi noſtri Lucæ Iudicis Magnæ Curiæ concluſionem,& ornamentum, ac eruditorum forſan huius ſeculi perpaucum oblectamentum. Propè Eccleſiam Cathedralem Sancti Maximi Ciuitatis Pinnenſis ſic habetur:

Digitized by Google

21 CN. L. CN. F. L
Q. VIR. HELENO
VIXIT. ANN. XI.
CN. L. CN. F. Q. VIR
HELENVS
IIII VIR. AED. IIII VIR
I. D. FIL. I. DDD
QVINQ.

Et in Eccleſia Parrocchiali Sancti Pamphili in pariete anteriori, occidentem verſùs:

22 C. ACVLENVS. Q. N
C. TEVCIDIVS. N. F. LIB
IIII. VIR
AQVAM. VENTINAM. EX. S. C
CLVDENDAM. CELLASQ. FONTis
ET. VENTINAE. ET. VIRIVM
FACIENDAS. CONCAMERAND
CVRARVNT. PROBARVNT
DEDICARVNTQVE

23 Poſtremò addendum eſt Lucam de Penna floruiſſe ſub Regina Ioanna prima, & coæuum fuiſſe Bartoli a Saxoferrato, quem idem Lucas conſulit in quadam legali quæſtione, vt ipſemet teſtatur *in l. vn.* C. *de his, qui*

ſe

Digitized by Google

*ſi deſerum lib.*10.*verſ. & breuiter hæc eſt ipſa veritas* : aliaque opera per ipſum fuiſſe conſcripta, quæ nunc non habemus; quandoquidem citatur Lucas de Penna *in repetitione l.ſi.ff.de iuriſdic.omn.iud.* a Paride de Puteo *in trac. de ſyndic.in prohæm.* & in Indice librorum legalium a Ioanne Vvolfango Freymonio aucto, fit mentio libri Lucæ de Penna *de iuris interpretatione*, qui m. ſ. habetur in Bononienſi bibliotheca. Reliqua in noſtra Topographia, Deo dante, dabimus.

Digitized by Google

NICOLAI TOPII

LIBER QVARTVS.

De Regiæ Cameræ Summariæ origine. CAP: I.

1 AD Regiæ Cameræ Summariæ originẽ indagãdam, varia tempora ſunt conſideranda. Primũ a tempore primi Regis Rogerij Nortmanni anno Chriſti 1125. vſque ad tempora Imperatoris Friderici Secundi anni 1220. ſecundum a prædicto Imperatore vſque ad Carolum Primum Andegauenſem, qui fuit an. 1265. vſque ad Regis Alphonſi Primi tẽpora. Tertium a prædicto Alphonſo ab an. 1444. vſque ad ætatem alterius Friderici, qui regnauit an. 1497. vſque ad præſentem diem.

2 Et circa iſta, ſciendum eſt in Regno nulla, aut pauca monumenta, neque illorum temporum regeſta reperiri, & ea quæ in Archiuio Siclę aſſeruari a Carolo Primo tantùm incipere, vt diximus *in lib. 2. c. 2. f. 40.* & ex Cõſtitutionibus Regni, quæ editæ fuere a Rege Rogerio Primo, & per eius ſucceſſores Nortmannos, compilatæque demum per Imperatorem Fredericum Secũdum Suæuũ, aut eius ordine anno Domini 1222. vt ipſemet in calce libri Conſtitutionum refert; colligi poteſt primos illos huius Regni Reges habuiſſe Quęſtores, qui ad Regias pecunias quærendas, erant præpoſiti; quod vetus fuit Romuli inſtitutum *l.* 2. §. *deinde Camerarium, ff. de*

ff. de orig. iu. l. 1. ff. de offic. quæſt.

3 Hi Quæſtores tempore Nortmannorum Regum in Regno erant;& Quæſtores Magiſtri vocabantur, demùm Magiſtri Camerarij dicti fuere, vt in Conſtit. Regni *præſentis*; ac iſtorum erat officium omnia iura Regia exigere,locare,& vendere,vt in Conſtit.Regni *Magiſtri Camerarij in fine*;quæ iura erant paſſagia,platearia foreſtagia, & ſimilia(vt ipſis proprijs verbis vtar dictę Conſtit.)erãt prouentus contrauentionum ædictorum,pœnæ falſificantium pondera, ac menſuras, ſimiliaque,vt in Conſtit.*Ad officium baiulorum*; & pœnas damnorum ab animalibus inflictorum,vt in Conſtit.*Animalia in vineis.*

4 Iſti Regij Quæſtores temporibus Regis Guilielmi, Camerarij vocabantur, vt ſupra dictum eſt, et temporibus Rogerij, ſecreti dohanæ dicebantur, vt in Conſtit. Regni *Iuſtitiarios*, *Camerarios*, *vel Quæſtores de ſecretis Dohanæ*, vt dicitur in Conſtit. *Præſenti*, *& ſeq. Dohanæ de ſecretis*, fortè quaſi de ſegregatis, ac de ſeparatis iuribus, & ad Regem tantùm ſpectantibus a verbo ſecerno, quòd eſt diuiderè,ac ſegregare. Inde etiam dicitur ſecretum,non quia occultum, ſed quia alteri non eſt communicatum,ſed per ſe retentum,& ſegregatum.

5 Et hoc officium Secreti vna cum Camerarij officio, ſub Guilielmo vnitum fuit,vt in dicta Conſtit.eſt dictum; & ſic in futurum ſecreti ſunt appellati, vt ex Regeſtis Regiæ Siclæ apparet, vbi ſecreti Prouinciarum apponuntur,& eorum officia,ſecretia,vt in Reg.2.Caroli Primi an. 1268.fol.25.& ſeq. in vltimo volum.hoc verbum ſecretus ea ſignificatione non reperitur,vt hoc officium denotet,vt dixit Lucas de Penna *in l.his quidem in col.fin. C.de agro vmil.an.lib.*12. vbi ſubdit hoc officium in Regno nõ eſſe ad iuſtitiam,ſed ad prædam.

6 Cuius quidem Camerarij, ſeu Secreti, & Regij

Quæ-

Quæſtoris officium, ne dum erat in exigendis, locandis, & vendendis iuribus Fiſcalibus, vt ſupra dictum eſt; ſed etiam ad eius officium pertinebat, baiulos conſtituere in omnibus Regni Vniuerſitatibus, vt in dicta Conſtit. *Magiſtri Camerarij*; quia Baiuli erant cauſarum ciuilium, & mixtarum Iudices, exceptis feudalibus, vt in Conſtit. *Locorum Baiuli*; erantque exactores pœnarum ſuper ponderibus, & menſuris a venditoribus rerum, & a contrauenientibus aſſiſias, ædicta, & mulctas, ab ipſis impoſitas, vt in Conſtit. *Ad officium baiulorum*. Vide reliqua ad hanc materiam apud Reg. Moles *in fine ſuarum deciſionum*.

7 Ab iſtis ſecretis, ſeu Camerarijs non appellabatur niſi ad Regem, & ad eius conſiſtorium, quod Magna Curia Regni dicebatur, vbi Rex certos habebat Iudices, vt aliò diximus, & cum iſtis Magnum Iuſtitiarium, qui in Curia Regis morabatur, vt ſupremus ſuper omnes Regni Officiales erat, omnemque appellationem cognoſcebat, etiam delegatorum a Principe, ac de feudis quaternatis magni momenti, & de crimine læſæ Maieſtatis, vt in Conſtit. *Præcipimus*, & Conſtit. *Magnæ Curiæ noſtræ*; & in illa Ciuitate, vbi ipſe erat, omnes alii Magiſtratus ceſſabant, vtputa lumen minus per luminare maius ſuperueniens obſcurabatur, vt in Conſtit. *Regni honorem*.

8 Item etiam magnus Magiſter Iuſtitiarius Supremus erat ſuper alios Iuſtitiarios Prouinciarum; Rex enim in qualibet Regni Prouincia alium Iuſtitiarium habebat, qui ad inſtar Præſidis Prouinciarum erat, vt in Conſtit. *Præſides*; & officium iſtorum erat circa iura, & cauſas criminales tantùm: nam Regni Barones illo tunc de cauſis criminalibus non cognoſcebant, quia illa Regi reſeruabantur, vt latiùs apparet in inueſtituris *ex Reg. 3. Caroli I. an. 1269.* & meminit de hoc Andreas de Iſernia *in*

cap.

cap. Imperialem, §.praeterea ſi inter duos col.pen. de prohib. feud.alien.per Fed.

9 In his ergo conſiſtebat officium & regimen Regiæ Cameræ Summariæ vſque ad tempora Federici ſecundi, Caroli primi,& Regis Alphonſi primi,& in alijs,quæ ſeriùs recenſentur in lib. *Rituum Regiæ Cameræ* ſub rub. *de officio Magiſtrorum Portulanorum* , & ſub rub. *Officij Camerarij* . Hodiè autem multa ſunt addita per nouiſſimas inſtructiones ann. 1559. in quibus mentio habetur de alijs inſtructionibus,prouiſionibus,& priuilegijs, quæ per Regem Catholicum,Regem Federicum, alioſq; præteritos Reges peractæ fuere.

10 De hoc verbo Cameræ ſœpè in antiquis Regeſtis Regum Gallorum fit mentio , vt in Reg. 7. Caroli I. ann. 1270.f.16.vbi dicitur,& mādatur recipi pecuniam à theſauris Curiæ noſtrę Caſtri Sancti Saluatoris ad mare, & ibidem in fol.20.in prin.& fol.42.à ter.& 136.à ter.& in eod.Reg.Car.1.1270.Ind.5.C.in data eiuſdem dicitur datum Neap. per Magnificum Nicolaum Bucell Regiæ Cameræ Theſaurarium,idemque dicitur in eod.Reg.fol. 92. ac de eodem nomine Camerę habetur in Conſtit. *Quiſquis,de burgenſat.& Gloſ. in Conſt. Regni,in prohem. in fine*,inquit,quòd Camera,Fiſcus,& Ærarium ſunt ſynonima.

11 Tribunal Regiæ Camerę Summariæ ab Imperatore Friderico Secundo,alij fundatum aſſeuerãt: vbi tres Officiales conſtituit,Thomam de Brunduſio, Procopium de Matera, & Angelum Marram Barenſem : quibus impoſuit,vt computa omnium Regni Magiſtratuum reuiderent a ſuæ coronationis die ; quæ fuit vigeſima Nouembris 1220.vt ex ſingulari Reg.ipſius Imperatoris apparet fol 400.

12 Tribunal iſtud appellatum fuit Curia Summariæ

an.

Digitized by Google

an.1295.& 1346.B.fol.240.a t.& fol.29.Regia Camera an.1310.& ſeq.A. 120. Regia Audientia Summariæ rationis officialium Regni an.1345.C.281.a t. Summaria in Reg. an. 1346.C.262.

13 Magnum hoc Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ regebatur in domo Eminentiſſimi Lucæ de Fliſco Ianuenſis Diaconi Cardinalis Tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata ſita in Platea, nunc vulgò dicta *la Sellaria*: ob cuius penſionem Sereniſſimus Rex Robertus vncias ſexdecim exſoluebat, vt legitur in Reg. d. anni 1325. dein translatum in domibus hæredum Ectoris Vulcani Neapolitani Militis, vbi dicitur nunc ad ianuam Petrazoli, & poſtremò idem Rex, empta domo propè Sancti Auguſtini Eccleſiam, ibi Tribunal conſtituit, vt notatur in Reg. ann. 1332.& 33. quam domum illam eſſe credimus, vbi hodie eſt Curia Regiæ Monetarum Siclæ: vbi quoque reperimus ſub Sereniſſimo Rege Alphonſo Primo an. 1454. aſſeruata omnia Regeſta, quæ nunc videntur in Archiuo propè Regium Sacellum eiuſdem Regiæ Cameræ ibi aſportata, quando primæuum Tribunal Magiſtrorum Rationalium fuit extinctum; dignitateſque illorum Magiſtratuum, ac priuilegiorum omnium Regeſta ad Regiam Cameram Summariæ tranſierunt, vt infra dicemus.

14 Et cum Sereniſſimus Rex Alphonſus ad Tribunalis Cameræ Summariæ reformationem deueniſſet, illud in hoc magno Caſtro Capuano collocauit an. 1444. vbi permanſit vſque ad an. 1470. quando tranſiuit in Caſtro Nouo ibique moram fecit vſque ad an. 1478. & tẽpore primi Marchionis Piſcariæ Magni Camerarij in eius domo prope Sanctæ Mariæ Maioris Eccleſiam; & anno 1486. in domo etiam Principis Biſignani, & ante reformationem an. 1437. 38. & 39. in Ciuitate Gaetæ, alijſque in locis. Poſtremò & iterùm in Caſtro Capuano an. 1540.

ſub

Digitized by Google

ſub Inuictiſſimo Carolo V. vbi nunc reſidet. Et ex hoc loco fuit in palatio Ferdinandi Sanſeuerini Principis Salerni translatum an. 1554. Regi deuoluto ob eius felloniam, vbi mox eſt perampla domus profeſſa Patrum Societatis Ieſu; poſteaque denuò in hoc eodemmet loco, vbi nunc videtur, & omnes admirantur, peractis ampliſſimis aulis an. 1580. ordine D. Ioannis de Zunica Caſtilliæ Cõmendatoris, Regnique Proregis, vt ex varijs libris *priuil. & exequnt.* in Magno Regiæ Cameræ Summariæ Archiuio aſſeruatis, clarè colligitur.

De Regiæ Cameræ Summariæ reformatione eiuſque diuiſione. CAP. II.

1 CVm Sereniſſimus Alphonſus Primus Rex Aragonum, poſt huius Regni acquiſitionem, tot laboribus & periculis è manibus ſuorum inimicorum illud recuperaſſet, omnes bellorum calamitates, pacis lenitate ſubleuaſſet: inter maxima per ipſum exãtlantata, vnum fuit ad Regiæ Cameræ Summariæ reformationem, poſuiſſe fundamina an. 1444. in qua Viros doctos, prudentes, ſagaces, proſapia illuſtres, conſilioque pollentes ſolertèr exquiſiuit, vt in catalogo Præſidentium illius anni infrà patebit.

2 Varijs deindè obſeruationibus, inſtructionibus, decretiſque vtilitèr peractis pro Regiæ Cameræ Summariæ gubernatione, floruit Tribunal ſub Regis Alphonſi auſpicijs, in Fiſci Regij commodum, in ædificiorum & mœniũ publicorum ornamenta, in populorum ſubleuamen; vt illorum temporum publica documenta in magno Regiæ Cameræ Summariæ Archiuio, aſſeruata, clariſſimè demonſtrant.

3 Inter viginti ſex Præſidentes, qui Regiam Cameram regebant ann. 1495. ſcilicet Cæſar Pignatellus, vt Locumtenens, Ioannes Andreas Cioffus, Antonius de Alexandro, Raynaldus Brancatius, Berardinus Marcheſius, Io: Aloyſius Attaldus, Io: Pontanus, Domitius Caracciolus, Guilielmus Zapporta, Pirrus Piſanellus, Andreas de Pace, Aloyſius de Raymo, Simion Caſolla, Io: de Coſtantio, Andreas Mariconna, Antonius Cappellus, Troianus de Boctunis, Antonius Rota, Petrus Lupus, Hieronymus Miraballus, Mattheus de Afflicto, Nicolaus de Amato, Franciſcus Coronatus, Antonius de Ianuario, Franciſcus Caracciolus, Antonellus de Stephano, & Berardinus Galeota.

4 Inter illos, vt clarè apparet erant Viri primariæ Neapolitanæ Nobilitatis, eiuſque Regni; fuit quoque Regis Federici à ſecretis Vitus Piſanellus, licèt inter Præſidentes reperiretur Pirrus eius frater, qui Vitus magnæ auctoritatis, ſapientiæ, potentiæque erat, ac electus illo anno delegatus ſimul cum Ioanne de Tufo primo Lauelli Domino ſuper ſecundam, nouamque Regiæ Cameræ roformationem, die 26. Iulij eiuſdem an. 1495. ambo in Tribunali venientes, ipſe Vitus fuit primus in votando, ſeſeque ſubſcribendo in ſui ipſius, aliorumque omniũ reformationem: relinquendo ſolũmodò quinque Præſidẽtes, qui fuere, Ioãnes Andreas Cioffus, Pirrus Piſanellus, Aloyſius de Raymo, Antonius Rota, & Petrus Lupus, vt legitur in vol. *Commiſſionum* 1. *Regis Ferdinandi II.* an. 1496. f. 86. in Arch. R. C.

5 Fuit tandem Tribunal in duabus aulis diuiſum, vt maiori facilitate Præſidẽtes in ipſis diſiuncti, negotiorum expeditionibus operam darent, iuxta ordinem emanatum à Maieſtate Philippi ſecũdi memoriæ immortalis ſub die 24. Decembris 1596. in calce operis adducendum.

6 Et

6 Et an. 1637. tertia Aula fuit ſuperaddita etiam
pro negotiorum expeditione de ordine, & cum Pragma-
tica Excellentiſſimi Comitis de Monterey, & executioni
tradita per Regentẽ & Locumtenentem Regiæ Cameræ
Alphonſum de Carrera.

7 Sunt hodiè in hoc magno Tribunali Regiæ Came-
ræ Summariæ octo Præſidentes togati, & quatuor non
togati, vulgò dicti *de Cappa Corta*, qui eaſdem præeminẽ-
tias habent, quas Togati, excepta togæ dignitate: ſedent
apud illos, eorum vota præſtant; & in caſu legis tantùm
ſe ipſos iuri remittunt.

8 Et licèt Franciſcus Reuerterius, qui fuit Locumte-
nens an. 1562. permittere noluiſſet, vt Ioannes Gomez,
& Hieronymus de Segura Præſidentes non togati in
cauſis, vbi erat totalitèr diſcuſſio iuris, eorum vota præ-
ſtarent; per quos tamen, habito recurſu ad D. Paraphanũ
de Riuera Ducem de Alcalà, ac exponentes pro ſeruitio
Suæ Maieſtatis multotiès ſe ipſos certificaſſe Locumte-
nentem rerum Tribunalis, tàm Rituum, & Pragmatica-
rum, quàm Decretorum generalium, & inſtructionum
Regum præteritorum, & ſimilium: quibus cum votauere
ſemper Locumtenens, & Præſidentes; ſicuti etiam alijs in
rebus ad Tribunal ſpectantibus.

9 Diſcrimen iſtud interceſſit inter Locumtenentem,
& Præſidentes non togatos ſub die 14. Ian. 1562. in cauſa
Magni Regni Admirati ſuper petitione decimæ partis
aliquorum Etiopum; ac virtute eius priuilegij, prætende-
bat Io: Gomez votare in cauſa, ſicut in alijs, ac dicere poſ-
ſe remictit ſe iuri; vnde Prorex auditis omnibus, manda-
uit ordinem datum Præſidentibus non togatis non habe-
re locum, & ſuper ipſo nil innouari. Superuenit deinde
Pragmatica, & aduersùs illam, vide in calce huius operis,
Regias literas ſub die 20. Decemb. 1596.

10 Sub Rege Alphōſo I. an. 1443. cum eſſet Magnus Camerarius Franciſcus de Aquino Laureti, & Satriani Comes, reperiuntur vota, tam Rationaliū, quam Pręſidētium Doctorum, & non Doctorum; & vt ſciantur omnes illi, qui in Regia Camera tunc permanebant, ac in quadā cauſa Regij Theſaurarij Aprutij Andreæ de Sanctis Ortonæ ad Mare, votabant, vbi de fraude, dolo, falſitateque agebatur, ſub die 2. Ian. dicti anni 1443. incepit, & ſuum præſtitit votum Bernardus de Raymo Rationalis: deinde Io: de Onufrio etiam Rationalis: poſteà ſubſcripti Præſidentes, Ioannes Antonius de Aquino, Angelillus Scannaſorice, Iacobus de Cilinis de Lanciano, Lancellottus Scriniarius, Marinus Minutulus, Lupus de Specchio, Io: de Sancto Seuerino, Michael Rainerius, Antonius de Bononia, Goffredus de Gaeta, Petrus Gerunda, & Marinus Boffa, togati, & non togati, vt in *Com. 5. d. an. fol. 74. in Arch. R. C.*

11 Obitèr hic notandum eſt priſcis temporibus, Pręſidentes omnes non Doctores, ſemper primo loco fuiſſe Rationales R. C. in negotijs Tribunalis valdè peritos; & inter multos, quos enumerare poſſem: ſufficiat nunc nominare ſubſcriptos: Angelus Seripandus, & Petrus Nicolaus de Alexandro Patricij Neapolitani Rationales Regiæ Cameræ an. 1457. ac poſteà Præſidentes: Nicolaus de Statis de Mōtopulo Rationalis an. 1467. & deinde etiā Præſidens: Nicolaus Baronus de Graniano Rationalis 1468. & poſtea ſimiliter Præſidens: Petrus Lupus de Neapoli etiam Rationalis, & dein Præſidens 1496. Ioannes de Forma de Pedimonte Rationalis an. 1446. & an. 1456. Præſidens, qui Ioannes de Forma fuit quoque Pręſes S. R. Conſilij, vt in catalogis proprijs ſuo loco dicemus, & ita quoque fuit diſpoſitum per Regem Federicum 1497. & per Carolum V. an. 1519. *c. 25. f. mihi 76.*

De

De Regiæ Cameræ Summariæ nomine eiuſque diuiſione a Magiſtris Rationalibus. CAP. III.

1 CAmeræ Summariæ nomen vnde peruenerit, & quando Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ a Magiſtris Rationalibus ſeparatum fuerit, obſeruauimus, Regente Moles nos docente, varios Auctores, tùm ex antiquis, quàm etiam ex recentioribus, allucinatos eſſe. Nam quo ad primum Lucas noſter de Penna *in l.ſi quando, C.de bonis vacantibus num. 3. & 4. fol.*44. dixit, quòd Præſidentes Summariæ dicuntur, quaſi ſummæ rationis, vt ex eo denotetur excellentia, & perfectio, quæ circa ingentem rationem debet eis ineſſe, vel quòd dicatur Summaria, quaſi ſumma rea, vel quia ipſi ream exhibent rationem, vel quia plurimi coram eis ex cupiditate rerum a reatibus, quos commiſerunt in officijs, rei conſtituuntur; vel quia eſt ſumma Hæra, ideſt Domina rerum Fiſcalium, aut quia agit ſumma æra; ideſt ſummas pecuniarum, ſecũdum Marcum Antonium Surgentem *in lib.*1.*de Neap.illuſtr.cap.*26.*num.* 25.*fol.*289.*& Io: Dominicum Taſſon.in ſuis obſeruat.fol.*139.*nu.*137.

2 Quę verè allucinationes ſunt tam Magnorum Doctorum, vt eas ſequitur etiam Conſiliarius Marin. Freccia *in lib.*1.*de ſubfeud.ſub rub.de offic.Mag. Camerarij*, de quo valdè miratus eſt Regens Moles *in fine ſuarum Dec. m. ſ.* qui hæc indagando cenſuit hoc nomen Summariæ ſumptum fuiſſe, ex textu *in l.fin. C.ſi propter publ.penſitat. iuncta, l.Dominicis* 7.*C.vbi cauſæ Fiſc. cum l.ſeq.* iuncta quoque inſcriptione *dictæ legis*, quæ ad Bulephorum Rationalem ſummæ reæ dirigitur, & *in l.ſeq.* appellatur

Ra-

Rationalis domus Regiæ; ſed vt dixit prædictus Regens Moles,omnes ſunt allucinationes,vndè hoc nomen Summariæ Cameræ proceſſerit.

3 Et quando hoc Tribunal a Magiſtris Rationalibus fuerit diuiſum,clarè apparet ex Regis Alphonſi Primi diplomate,in quo hoc apertiſſimè demonſtratur,his verbis: *Alphonſus Dei Gratia Rex Aragonum,Siciliæ Citra,& Vltra farum,&c.Vniuerſis,& ſingulis tam præſentibus, quam futuris gratiam, & bonam voluntatem. Super rationibus Regiæ Curiæ videndis, diſcutiendis, & fideliter terminandis prædeceſſorum noſtrorum huius Regni Siciliæ Citra farum Regum illuſtribus ordinationibus prouiſum extitit, & inde vſque ad tempora bonæ memoriæ Regis Ladislai ſeruatum, quòd rationes ipſæ in Camera per Præſidentes, & Rationales ibidem ordinatos ſummariè viderentur, & reſtas liquidas exigendas theſauri Magnus Camerarius, & Præſidentes ipſi ſuis litteris ſignificarent, &c. Datum in Caſtro Nouo Neap. die 23. Nouemb.an.*1450.ex lib.priuil.Regiæ Siclæ fol.33. in Archiuio Regiæ Cameræ Summariæ.

4 Ex his apparet Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ ab initio rerum diuiſum,ſeparatumque fuiſſe a Magiſtris Rationalibus;nec ab eis dependere. Dictum etiam fuit Tribunal Cameræ, quia in eo domeſtica Principis agebantur, & dicebatur quoque Regale Auditorium rationum, & ita ipſum vocat Sapientiſſimus Rex Robertus in ſua prouiſione exiſtente *in eodem vol. priuilegiorum Regiæ Siclæ fol.2.& in Ritu Regiæ Cameræ ſub rub. de offic. Camer.*& dicebatur Camera Summariæ rationis, quia ſummariè tantum,& per bilanciam, ac per breue leuamẽtum ibi corrupta diſpurgebantur, vt ex prædicto priuilegio apparet.

5 Et ex alijs antiquis ſcripturis colligi poteſt, quæ ſunt *in eod. vol. priuil. Regiæ Siclæ, & in ſpecie fol.* 4. adeſt

pro-

prouiſio prædicti Sapientiſſimi Regis Roberti, vbi mandat, quòd omnes Iuſtitiarij, & alij pecunias fiſcales exigẽtes intra certum tempus ponant computum de exactis per eos tàm ſummariè in Camera noſtra, quàm deinde finaliter coram Magiſtris Rationalibus Magnæ noſtræ Curiæ.

6 Et *in eod. vol.* reperitur alia prouiſio Reginæ Ioannæ, vbi mandat omnibus Regni Officialibus, quòd mandare debeant exequutioni mandata, quæ expediuntur per Præſidentes Summariæ Audientiæ rationum, ac ſimiliter *in eod. vol. fol.* 20. mandat eadem Regina Archiuarijs Magnæ Curiæ, quòd faciant librum in quo notentur omnes conſultatoriæ Cedulæ, quæ fiunt ad Excellentiam Reginalem, ita vt notare debeant diem, quo rationes de Summaria Audientia tranſmictuntur ad Archiuium Magiſtrorum Rationalium.

7 Et poſtremò *in eod. met vol. fol.* 23. reperitur alia prouiſio eiuſdem Reginæ Ioannæ, in qua dicit, quòd Præſidentes Summariæ Audientiæ, præfigant breuem terminum illis, qui computare habent, quo termino elapſo aſſument reſtas, liquident, & ſignificent, & quòd demum computa remictantur ad Magiſtros Rationales pro diſcuſſione, & finali concluſione ipſorum.

8 Tribunal Magiſtrorum Rationalium olim regebatur in Caſtro Oui, quod antiquitùs dicebatur Caſtrum Sancti Saluatoris ad Mare, vt ex Reg. Caroli I. an. 1265. apparet, vbi dicitur ratio poſita per Regium Theſaurariũ Regni coram Magiſtris Rationalibus Magnæ Regiæ Curiæ in Camera Regia, quæ eſt in Caſtro Saluatoris ad Mare de Neap. quod vulgò hodiè, Caſtrum Oui, dicitur.

9 Facta demùm generali viſitatione in Regno per Lopem de Guſman, ſuperuenit Ordo Suæ Maieſtatis de an. 1590. an Magiſtros Rationales extinguendos eſſe; in hanc formam.

10 *Gran-*

Digitized by Google

10 *Grandes agrauios han padecido mis vaſſallos, y ſubditos del Reyno de Napoles de los Comiſſarios que la Regia Zecca de la iuſticia embia por las Prouincias del ſobre los peſos, y medidas ſegun ſe ha entendido, y aueriguado por la viſita. Porende ſe encarga al noſtro Viſorey, que haga ver, y diſcutir por la Sumaria, y por los de mas officiales, que le pareſciere ſi ſera bien extinguir el dicho Tribunal, o reformarle para adelante, y auiſarnos de los pareſceres, que huuieren para que ſe mire la riſolucion que ſobre todo ſe habra da tomar.*

11 Magiſtri Rationales ſub Rege Ladislao an. 1404. erãt numero 65. inter pręſentes, & abſentes: ſub Alphonſo Primo an. 1444. numero 36. & poſtremò in an. 1585. erant decem, & octo, vltra duos Iudices.

12 Omnium Magiſtrorum Rationalium cum eorum cognominibus, & Patrijs, qui reperiri potuerunt, elenchum vſque ad eorum ſuppreſſionem elaborauimus, alibi publicãdum, vt antiquitatum amatoribus, eruditiſque viris, ſicut noſtri genij, ingenijque debilitas permictit, ſatisfaciemus.

De negotijs, quæ in Regia Camera tractantur, & ijs qui illi ſubiacent. *CAP. IV.*

1 Q Vamplurima ſunt negotia, quæ in dies in Regia Camera Summariæ pertractantur, & præcipuè illorum in quibus adſunt gabellę, introitus, bonaque Regalia: Tribunal ipſorum locationem peragit, feuda Regi deuoluta diſtrahit, omniaque Regia officia alienat: curam habet ſuper Regias triremes, Regia Caſtra, turres, ænea tormenta, nitratas pulueres, aliaque ad bellum ſpectantia: curam ſimili-

tèr habet omnium Regiorum Epiſcopatuum, & beneficiorum de Iurepatronatus Regio.

2 Regia Camera Summariæ ſub ſe habet varia alia Tribunalia inferiora, illique correſpondentia, ſicut eſt illud Scribæ rationis, Theſaurarij Generalis Regni, Dohanæ Magnæ, & omnium aliarum Dohanarum, & Regni fundicorum; ita etiam ſalis fundicorum, Regiæ monetarum Siclæ, ponderum & menſurarum, Monterij maioris, Portulani Neapolis, omniumque aliorum Regni Portulanorum, Viceſecretorum, fundicariorum, Capitaneorum graſſiæ, paſſuum cuſtodum, Conſulatuum artis ſerici, & lanificij, Perceptorum Regiorum Theſauriariorum, Commiſſariorum Prouincialium fiſcales functiones exigentium, Magiſtrorum Cameræ, Secretariorum Regiarum Audientiarum, Magnæ Curiæ Vicariç Perceptoris, Secretarij Sacri Regij Conſilij, Tribunalis Arſenalis, vbi Regiæ triremes peraguntur.

3 Habet etiam Regia Camera ſub ſe Tribunal, vt vulgò dicitur, *cauallaritiam Regalem*, totiuſque Regni greges: Tribunal gabellæ vini, ludi; multaque alia, quæ Regiæ Cameræ ſubiacent. Super omnibus vniuerſalibus pauperum Ciuitatum Regnique terrarum negotijs prouidet; & ſæpè a Proregibus pro tempore ſunt commiſſa Tribunali Regiæ Cameræ varia concernentia conſultationes relatiuas, aut cum voto.

4 Ab hoc Magno Tribunali conſuetum eſt poſt ſingulos quindecim annos Numeratores exire pro totius Regni focular iorum numeratione; & tamen ſæpiùs Regnum ad finem euitandi, tàm magnam erogationis pecuniariæ ſarcinam, quam ex numeratione ſubſtinet, cum Regia Curia paciſcere aſſoleat; dilationemque ad aliud tempus obtineat; & hæ numerationes omnes, (poſtquàm a Rationalibus ſunt liquidatæ, & in taxam redactæ Per-

V cepto-

ceptoribuſque Prouincialibus traditę ob fiſcales functiones exigendas, exceptis illis locis, qui functionum fiſcalium, aut alicuius partis ipſorum ſunt exempti) aſſeruantur deindè in Magno Archiuio Regiæ Cameræ Summariæ, vt alibi dictum eſt.

5 Præſidentes, alijque officiales huius Tribunalis pro prædictorum negotiorum, aliorumque expeditione, ſingulis diebus non feriatis, in ipſo conſuetis horis venire tenentur, videlicet tribus horis de mane, & duabus de ſero iuxta Regis Federici ordinem an. 1497. & Imperatoris Caroli V. 1529. & Philippi II. 1559. ſed circa regreſsū ad Tribunal de ſero, hoc tantùm in aliquibus anni menſibus, obſeruatur.

6 Mandarunt præteriti Reges die Lunæ, Martis, Iouis, & Veneris tàm de mane, quàm de ſero alia negotia non eſſe pertractanda in Regia Camera, niſi ad Fiſcum ſpectantia, & ad computum liquidationem, & die Mercurij, Saturnique cauſas intelligi debere, vbi Fiſcus intereſſe prætendit, & veſpere venire non tenerentur, ſed in eorum domibus cauſas intelligere; deficienteque aliquo per Secretarium in notamentorum libro adnotari debere ſub pœna iræ, Regiæque indignationis, non exiſtente legitimo impedimento.

7 Cauſæ, quæ principalitèr in Regia Camera pertractantur, ſunt infraſcriptæ. Regalia, iuriſdictionalia, mæri, mixtique imperij, feudorum inueſtituræ, dum in ipſis de Regij Fiſci intereſſe agitur, ob priuilegiorum diuerſarumque capitulationum notitias, ac feudatarij fidelitatem, ipſius ſucceſſoris cognitionem, qui illius mortem denunciare tenetur, vt Rationalis releuium declarare, liquidarique valeat: omnes cauſæ, vbi Fiſcus eſt actor, ſiue reus, & habet intereſſe formatum, aut eſt de euictione obligatus: vbi Regia Camera reperitur offenſa: omnia

com-

Digitized by Google

computa miniſtrorum pecunię Regię, dohanæ pecudum: vbi eſt commiſſum delictum, aut dolum in adminiſtratione officiorum Regiæ Cameræ ſubiectorum : cauſę reuelationum minerarum, & theſaurorum. Conſultationes ad Regium Patrimonium ſpectantes, ſiue ad ſeruitia præſtita a particularibus, de quibus Sua Maieſtas vult eſſe certiorata; creditorum liquidationes: extractiones rerum e Regno. Vniuerſitatum totius Regni adminiſtrationes : Cedularij reſultationes, & ſimilia.

8 Omnium negotiorum ſupra relatorum in plena Banca a Locumtenente Regiæ Cameræ Præſidentibus, & Rationalibus vnicuique rata ipſorum committitur, cōpletis ferijs Natiuitatis Domini , quæ eſt dies nona Ianuarij: cum termini datione duorum menſium, vt miniſtri in R. C. eorum computa præſentare valeant iuxta ordinem Comitis de Lemos Iunioris; cum antea iſtæ commiſſiones tertia die Nouembris agerentur, & per miniſtros eorum computa ad primam Ianuarij præſentata remanerent.

9 Et quia negotiorum multitudo , & huius magni Tribunalis magnitudo non permictunt, vt vnum maioris vrgentiæ, pro alio minori relinquatur, fuit ordinatum, quòd Officiales Regię Cameræ Summarię ſemper aſſiſtāt in Tribunali, nec teneantur obſeruare alias ferias niſi illas a Regni legibus emanatas , & per Sacrum Regium Conſilium etiam obſeruatas. Super quibus, & alijs ſunt videndi Goffred. *ſuper Ritibus* R.C. Reuerter. & Moles *in eorum deciſſ. m.ſ.* Naſturt. & Squillant. *in Repertorijs rerum* R.C.

10 Sed quòd circa ferias diximus, notandum eſt ſupremos hodiè Regiæ Cameræ Summariæ Miniſtros redeuntes etiam poſt prandium in Tribunali: ſæpè feſtis diebus diſpenſare; nec ferijs a Regni legibus eis conceſſis

V 2 gau-

gaudere: tot Regijs Iunctis aſſiſtentes; coactos deindè proprijs domibus innumerabilia tradere mandata, totidemque prouiſiones expedire in Regis beneficium, Vniuerſitatum totius Regni, ac priuatorum vtilitatem.

De Præſidentium immunitate, & praeminentia, aliorumque Officialium R. C. Summariæ. CAP. V.

1 REgiæ Cameræ Præſidentes a ſolutionis iure Regij ſigilli, ſunt immunes per antiquiſſimũ ipſorum priuilegium; cùm in Reginæ Ioannæ Primæ diplomate an. 1346. reperiatur hoc ius ſigilli Præſidentes non tangere, tàm in negotijs gratiæ; quàm iuſtitiæ.

2 Et Rex Catholicus in an. 1507. audiens graues ſolutiones in hoc Regno de ſigillis exigi, taxam illorum moderauit: declarans demum exemptos a ſigilli iure, inter illos, Præſidentes Regiæ Cameræ recenſet, vt per priuilegium illius Regis clarè apparet in proceſſu litis inter Duciſſam Amalphię petentem illo tunc declarari immunem a iure ſigilli contra Regij ſigilli conſeruatorem pęnes Actuarium Palumbum. De qua immunitate multæ prouiſiones ſunt in Regia Camera.

3 Sunt exempti tertiariæ ferri pro ipſorum vſu, & in omnibus dohanis, gabellis, & paſſibus Regni, pro ipſorum victu, domo, & familia, ac pro bonis, quæ poſſident in terris Regni nihil contribuunt pro bonatenentia.

4 Immunes ſunt a Regijs adohis, ſi qui ipſorum feuda habeant; & licèt noſtris temporibus reperiatur litera Sacræ Maieſtatis, ſub datum die 10. Octobris 1632. directa Comiti de Monterey, mandans nullum Officialem

ſiue

ſiue Titulatum poſſidentem bona feudalia in Regno eſſe exemptum ab adoha Regię Curiæ debita, quæ Regia litera licèt exequutoriata non fuiſſet, niſi in an. 1644. a Magno Caſtiliæ Admirato; tamen ſuper hac immunitate Regiam Cameram tangente pulchra reperitur cōſultatio eiuſdem Regiæ Cameræ cum qua fuit ſupplicata Sua Maieſtas pro obſeruantia antiquorum priuilegiorum Regiæ Cameræ conceſſorum, quæ eſt omninò videnda tanquam res magni momenti, & ad decus, præeminentiamque Tribunalis exiſtens.

5 Præſidentes Regiæ Cameræ habent pro eorum prouiſione annuos ducatos quingentum, & ſeptuaginta vltra emolumentorum, ſiue declaratoriarum dericta, quæ ipſis ex relatione, & liquidatione miniſtrorum pecuniariorum proueniunt.

6 Habent ab antiquis temporibus quolibet anno Sacchari trigintaſex libras, & ſex ſalis modios; & tres feni cordas pro domorum ipſorum vſu; & cryſtalla, quæ ipſis ab Arrēdatoribus dātur, ſiue ipſorum pretia; habent etiam, & vitulæ, quæ ab ijs traduntur, qui officiales creati officiorum a ducatis ſeptuaginta duobus vltra.

7 Et Locumtenens Regiæ Cameræ duplum habet; & ſi iſte antequam ad Locumtenentiæ dignitatem peruenerit, alia officia exercuerit, videlicèt ſi Fiſci Aduocatus, aut Regius Conſiliarius, aut Præſidens Regiæ Cameræ fuerit, & poſtea Locumtenens: pro iſtis omnibus officijs Sal, & Zaccharum percipit, vt fuit deciſum per Regiam Cameram ſub die 23. Ian. 1592. pro Regente Fornariò, fuitque dictum, quod detur Sal, & Zaccharum nedum vti Regenti, ſed vt olim Fiſci Patrono, & Præſidenti Regiæ Cameræ, & ita ſemper practicatum vſque ad tempus Excellentiſſimi Comitis de Ognat, qui mandauit contrarium.

8 Ra-

8 Rationales quoque Regiæ Cameræ ſunt etiam exempti,& immunes a bonatenentia,ita deciſum per Regiam Cameram die 25. Octob. 1593. in cauſa Rationalis Scipionis de Martino; ita etiam Secretarius, Procurator Fiſcalis,& Archiuarius,ſub die 20.Iul.1595.

9 Maxima eſt Tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, eorumque Magiſtratuum auctoritas, ac præeminentia,iuxta vulgatas Regni ſanctiones; ideòque a Sereniſſimis eiuſdem Regni Regibus varijs in locis, magni ſupremique Tribunalis epiteta tributa;a quo non datur appellatio, ſed tantùm reclamatio ad eundem Tribunal vti Præfecti prætorium: cuius decreta vim legis habent, circa bonum regimen, Regijque Patrimonij adminiſtrationem.

10 Quotieſcumque Tribunal Regiæ Cameræ, & præcipuè omnibus diebus Veneris totius anni (exceptis feſtis diebus,& ferijs) ad Collaterale Conſilium incedit: eodem die ſupremum illud Conſilium in Regiam Cameram ſe conuertit, ac Domini Regentes tamquam Miniſtri aſſociati atque adiuncti Regiæ Cameræ remanent; omniaque Decreta, quæ ea die peraguntur, in medium proferuntur,exequutioni dantur per Regiam Cameram eiuſque nomine publicantur,quòd admirandum,& nótandũ eſt ſemper.

11 Tribunal Regiæ Cameræ, eiuſque Miniſtri Sacræ Regiæ Maieſtatis ſunt Procuratores. Docemur autem a Cornelio Tacito in vita, quam ſcripſit Iulij Agricolæ Soceri ſui,quòd hoc Procuratoris Cęſaris officium (quo poteſtas tribuebatur iudicandi inter priuatas perſonas , & Principem ipſum) equeſtrem tantum ordinem decorabat;cum enim dixiſſet eũdem Agricolam habuiſſe Auum Procuratorem Cęſarum,mox ſtatim addidit,*quæ equeſtris nobilitas eſt.*

12 Et

12 Et in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Ciuitatis Theatinæ, nunc verò S. Nicolao Magno dicata de Iurepatronatus Thomæ Topij Patrui noſtri, extat vetus inſcriptio pulchris caracteribus exarata, & per Sinibaldum Baroncinum a Secretis Matthæi Saminiati Archiepiſcopi Theatini priùs relata *In monumentis m.ſ. de Metropoli Theate, et Marrucinorum præſtantia*, & nouiſſimè a Lucio Camarra *de Theate antiquo lib. 1. cap. 5. fol. 67.* eruditè accuratèque data, qui in meliorem formam opus prædicti Sinibaldi typis euulgauit: ſic habet inſcriptio:

M.Vettius. Marcellus. Proc. Auguſtorum
Et. Heluidia. C.F. Priſcilla. Marcelli. S.P.F

13 Significatur autem per inſcriptionem huiuſmodi, quòd Marcus Vettius Marcellus Procurator Auguſtorũ, & Heluidia Priſcilla Caij filia, & ipſius Marcelli vxor ſuis pecunijs fecerunt. Quid autem? templum aliquod, opinor.

14 De hoc Vectio Marcello procul dubio eſt illud egregium Plinij teſtimonium, qui tunc viuebat, eaque videbat *in lib. 2. cap. 83. & lib. 17. cap. 25.* vbi loquens de portentis terræ ſemel viſis, ſic habet: *Non minus mirum oſtentum cognouit ætas anno Neronis Principis ſupremo, ſicut in rebus eius expoſuimus; pratis, oleiſque (intercedente via publica) in contrarias ſedes tranſgreſſis in agro marrucino, prædijs Vectij Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis.*

15 Refert hæc idem iterùm alibi his verbis: *Super omnia, quæ vmquam audita ſunt erit prodigium in noſtro æuo Neronis Principis ruina, factum in agro Marrucino Vectij Marcelli e primis equeſtris ordinis, olineto vniuerſo viam publi-*

blicam tranſuerſo, aruis inde e contrario in locum olineti pro-fectis. Vide Eminentiſſ.Baron.*in tomo* 1.*annal.f.*634.*lit.*E. qui hęc quoque refert, & Ianum Caſperium ad Statium *lib.*4.*Sylu.fol.*214.

De Magnis Camerarÿs. CAP. VI.

1 SVb titulo de officio Camerarij in Ritibus R. C. ità legitur: *Comes Camerarius debet ſcire iocalia, lapides pretioſos, & omnes res generaliter Cameræ Regiæ, tàm illas, quæ quotidie deferuntur cum Rege, quàm alia, quæ in quocumque loco relinquuntur, aut deponuntur in cuſtodia, & quolibet anno habebit exinde inuentarium:* ſuper quo vide Goffred.

2 Iuriſdictio Magni Regni Camerarij reſidet hodie in Locumtenente Regiæ Cameræ, qui a Rege eligitur. Vide reliqua notata per ſcriptores hiſtoriarum Regni, ad quos Lectores remictimus, & præcipuè ad Marin. Frecc. *de ſubſ.l.*1.*fol.*39.*nu.*1.

3 Adenolphus Manſella Magnus Camerarius fuit ſub Rege Rogerio, & Guilielmo I.

4 Manfredus Maletta Mileni Frequentique Comes, ac Montis Sancti Angeli Dominus, Regis Manfredi Auus Magnus Camerarius extitit an.1264.

5 Petrus de Belmonte Montis Scalioſi Comes Magnus Camerarius ſub Carolo I. 1269.

6 Petrus Caracciolus ſub eodem Rege 1279.

7 Ioannes de Monforte Squillacij Comes ſub Carolo Secundo 1292.

8 Berardus Caracciolus ſub eodem Rege 1305. fuit Regiæ Camerę Locumtenens, & non alitèr Magnus Ca-

me-

merarius, vt infrà *in cap.de Locumten.*

9 Didacus de Ratta Caſertę Comes ſub Ruberto 1310.

10 Lalles Camponiſcus Aquilanus Magnus Camerarius ſub Regina Ioāna I. Sanctæ Agathę Comes. Cirill. *in annal. Aquil. lib.3. fol.32.*

11 Carolus Artús Sanctę Agathę Comes ſub eadem Regina Ioanna I. 1345.

12 Enricus Caracciolus Ieracij Comes ſub eadem Regina 1348.

13 Raymundus de Baucio Spoleti Comes ſub eademmet Regina.

14 Iacobus Arcucius Minoruini Comes 1375.

15 Iordanus Marzanus Aliſii Comes ſub Carolo 3. 1381. Goffredus, legi debet, vt ex Compend. *hiſtor. Regni par.1. lib.5. fol.*210. & 211. & ſub Ladislao, etiam an. 1398.

16 Franciſcus Cutillus, aliàs Prignanus ſub Ladiſlao 1400.

17 Berlingerus Cantelmus Arcis Comes ſub eodem Ladislao 1407.

18 Iacobus Cantelmus Arcis Comes ſub eodem Rege.

19 Pandolphellus Alopus ſub Regina Ioanna II.

20 Raymundus de Perlionibus Magnus Camerarius ſub eadem Ioanna II. 1421.

21 Laurentius Columna Albi Comes ſub eadem Regina.

22 Raymundus Caldora Magnus Camerarius ſub Renato.

23 Franciſcus de Aquino Laureti, & Satriani Comes ſub Alphonſo I.

24 Inniçus de Auolos Piſcariæ Marchio Magnus Ca-

merarius ſub Ferdinando Primo.

25 Hieronymus Sanſeuerinus Biſignani Princeps Magnus Camerarius ſub Rege Ferdinãdo I. an. 1480. ex Comp. *hiſt. Regni par. 1. lib. 8. f. 339.*

26 Alphonſus de Auolos Vaſti Marchio ſub Carolo Quinto.

27 Ferdinandus Frãciſcus de Auolos Piſcariæ Marchio ſub Philippo II.

28 Alphonſus de Auolos Marchio Vaſti, & Piſcariæ ſub eodem Rege.

29 Cęſar de Auolos 1610. *ex Comp. hiſt. Regni Neap. par. 3. lib. 4. fol.* 180.

30 Innicus de Auolos Marchio Vaſti, & Piſcariæ ſub Philippo III.

31 Innicus de Auolos Princeps Francauillæ, Marchio Piſcariæ, & Vaſti, Montis Odoriſii Comes nunc Magnus Camerarius ſub Philippo IV. vir non minùs maiorum imaginibus, quàm proprijs virtutibus pręclariſſimus. Ex Catalogo iam impreſſo *in deſcript. Regni an.* 1640. & 44. ſuppleto cum prædicta noſtra additione.

De Locumtenentibus omnibus Regia Cameræ Summariæ, qui a nobis hactenùs reperti ſunt. CAP. VII.

1 Berardus Caracciolus Locumtenens Magni Camerarij ſub die 2. Iunij 1306. vt ex Reg. 1306. A. fol. 187. a ter. alij, Magnum Camerarium fuiſſe, aſſeuerant, ſed cum errore.

2 Didacus de Ratta fuit Locumtenens Magni Camerarij, alij Magnum Camerarium ſtetiſſe auctumant, ſub Roberto a. 1310. vt diximus *in catal. & cap. præcedenti,*

vide

vide Engen.*in ſua Neap.Sacra fol.*254.

3 Enricus Galeota an. 1321. vt legitur in Archiuio Regiæ Siclæ *capſa F. maz.* 52. miſſus in partibus Tuſciæ, Romaniæ,& Galliæ Ciſalpinæ pro Regiæ Curiæ ſeruitio, vt in Reg.1322.A.fol.71.

4 Ingeranus Stella Prouenſalis Archiepiſcopus Capuæ ex Reg.1327.& 28.B.fol.14.a ter.

5 Andreas de Iſernia I.C.celeberrimus fuit Locumtenens Magni Camerarij a.1351. vt in Reg. 1352. F.fol. 106.a ter.

6 Matthæus Capuanus Neap. miles Sedilis Nidi ex Magiſtro Rationale Magnæ Curiæ, Locumtenens Magni Camerarij obijt an. 1368.ac in Eccleſia Sancti Dominici ſepultus Engen.fol.284. *Arca F.maz.*54.

7 Landulphus Criſpanus I.C.Neapol. obijt die 23. Aug.1372. & reperitur ſepultus in Eccleſia Archiep. vt inquit Engen.fol.20.fuit etiam Magiſter Rationalis.

8 Aloyſius de Coſtantio I. C. & miles Locumtenens Magni Camerarij ſub Ioanna I.*capſa H. a.*1382. *maz.*27. Summont.*in to.*2.*cap.*4.*fol.*460.inquit quod fuit Rationalis Regiæ Cameræ a.1380.

9 Thomas de Iudice Ciuitatis Amalphiæ ſub Carolo III.1382.

10 Anellus Archamonus ex Præſidente Regiæ Cameræ, Locumtenens Magni Camerarij 1382. vt inquit Capac.*in foraſt.iorn.*8.*fol.*731.ſed Camillus Tutinus verba faciens de iſta familia reponit illum in an. 1398. ex Reg.eiuſd.anni fol. 119.a t.

11 Vinciguerra Lanarius Locumtenens Magni Camerarij,vt Capac.*in iorn.*7.*fol.*592.

12 Iacobus Mele 1375.Tutin.fol.24. alij reponunt in an.1407.vt ex Reg.eiuſdem an.fol.32.& 135.a t.Engen. *in ſua Neap.Sacra fol.*498.

13 Matthæus Criſpanus Locumtenens R.C.a.1384. vt in Reg.1381.fol.162.fuit etiam Conſiliarius Collateralis,vt in Reg.prædicto fol.256.& 263.a t.

14 Angelus Griſonus Locumtenens Cameræ 1384. vt inquit Aloyſius Contarinus ſub Rege Ludouico de Angiò,fuit originarius e Ciuitate Scalenſi de Amalphia.

15 Leonardus de Afflicto Scalenſis fuit Locumtenens Cameræ a.1390.vt ex Reg. eiuſdem anni B. fol.56. Regius Conſiliarius fol.137.in Reg.1398.fol.51. fuit ſimiliter vnus e Regni Vicarijs, vt in Reg. 1410. fol. 237. Magnus Cancellarius ſub Rege Ladislao, & ex iſto originem traxere Triuenti-Comites,in Eccleſia Sancti Martini ſepultus ſub Monte Sancti Erami, meminit illius Sũmont.*par.2.cap.2.lib.4.fol.*562.& Engen.*fol.*593.

16 Antonius Sir Raynerij de Gaeta Regiæ Cameræ Locumtenens a.1392.vt in Reg. dicti an. & etiam in an. 1393.fol.86.a ter.

17 Iannoctus de Diano ſub Ladislao die 16.Septẽb. 1392.in Reg.1392.& 93.fol. 69.a t. & ab iſto deſcendit Gaſpar de Diano,de quo loquitur Afflict. *in deciſ.* 14.reperitur ſepultus in Eccleſia Sancti Petri ad Maiellam, Engen.fol.77.vbi dicitur mortuus in an.1328. ſed cum errore.

18 **Carolus de Miro de Graniano Regiæ Cameræ Locumtenens ſub die 23.Ian. 1392. vt in Reg.an.1392. & 93.fol.86.a ter.**

19 Petrus de Miro de Graniano Caſtellanus Caſtri Noui Locumtenens Magni Camerarij, vt habet Octau. Beltran.*in Regni deſcript.fol.* 168.

20 Franciſcus . Locumtenens ſub Ladiſlao electus ſub die 7.Octobris 1393. vt ex Reg. 1392.& 93.fol.201.a.t.

21 Paris de Sancto Felice Locumtenens electus ſub die 15.Iulij 1393.

22 An-

22 Angelus de Toraldo de Sueſſa ſub die 5.Nouēb. 1400.ſub Ladislao,vt in Reg.1398.fol.146.a t.

23 Guilielmus de Solimena Salernitanus nobilis e Sedili Campi electus Locumtenens Regię Cameræ à prædicto Ladislao an.1400.vt in Reg. dicti anni B. fol. 5. & ſub die 17. Iunij.

24 Ioannes Gattola de Gaeta, Locumtenens etiam ſub Ladislao 1411.Capitaneus Tropeæ, & Caſtellanus, vt in Reg.1400.A. fol. 167. a ter. fuit Baro Cardutij, & Sperlongę,vt in Reg.1400.B.fol.122.& 1410. fol.28.a t. obijt 1454. & in Sancti Auguſtini Eccleſia ſepultus Engen.fol.388.

25 Bartholomęus de Duce Neapolitanus e Sedili Nidi,dictus Zozus,Reginę Margaritæ a ſecretis, in Reg. 1400.A.fol.38.Commiſſarius in Prouincijs Capitinatæ, Bari,& Baſilicatæ,vt in dicto Reg. fol.98. Locumtenens Magni Camerarij, & Dominus multorum oppidorum fol.56.

26 Gurellus Orilia Regis Ladislai Conſiliarius, Locumtenens Magni Camerarij, & pro Magno Regni Prothonotario,vt Tutin.fol.6.an.1404.

27 Petrus Brancia de Amalphia Regius Cambellanus,Locumtenens Magni Camerarij an. 1415. & plurimorum oppidorū Dominus ſub Ioanna II. in Reg.1415. fol.238.

28 Franciſcus de Arcerijs Locumtenens Magni Camerarij 1417. & Philippus de Arceriis Præſes Regiæ Cameræ in Reg.dicti an.fol.122.300.& 431.

29 Georgius Grittus Venetus Locumtenens Magni Camerarij ſub Regina II.1417. de menſe Octob. vt in Reg.dicti an.fol.395.& 1415. fol.143. fuit etiam Magiſter Oſtiarius Regij Hoſpitij,ſecretus Apuleæ, Comes & Rector Ciuitatis, Inſulæque Cherſen, & Absan Regni

Dal-

Dalmatiæ ſub Ladiſlao, vt in Reg. 1410. fol. 12. a t. & in Reg. 1392. & 93. fol. 60. a t. & 144.

30 Benedictus Pignonus miles Neap. Locumtenens Magni Camerarij 1420. ſepultus iu Eccleſia Sancti Laurentij, vt Engen. fol. 118.

31 Ioannes de Ludouico de Bononia Locumtenens ſub Ioanna II. etiam a. 1420. ſub die 10. Octob. vt in Reg. 1419. & 1420. fol. 279.

32 Ioannes de Rayneriis Locumtenens 1423. vt in Reg. dicti an. fol. 77.

33 Marinus Brancadorus de Firmo de Marchia Comes Palatinus Regiæ Cameræ Locumtenens ſub Rege Alphonſo I. an. 1437. ex Reg. in Archiuio Regię Camerę Summariæ *in Cam. 1. A. ſcanz. 1. num. 1. fol. 28. a t.*

34 Marinus Boffa de Puteolis, & Ciuis Neap. Alifii, & Bouini Comes, Magnus Regni Cancellarius, & Locumtenens Regiæ Cameræ ſub Regina Ioanna II. 1444.

35 Nicolaus Antonius de Montibus Patricius Capuanus, Regiæ Cameræ Locumtenens ſub Rege Alphonſo primo 1450.

36 Michael Ricius de Caſtro Maris de Stabia I. C. præſtantiſſimus Regius Conſiliarius Viceprotonotarius, Præſes Sacri Regij Conſilij, & Locumtenens Magni Camerarij ſub eodem Rege Alphonſo Primo, vide eius ſepulchrum in Eccleſia Montis Oliueti relatum ab Engen. fol. 512.

37 Ioannes Pou miles Maiorchinus, Sueſſæ Prorex Locumtenens Magni Camerarij ſub Rege Ferdinando Primo an. 1484. laudatur a Pontano *de bello Neapol. lib. 6.* obijt an. 1501. & in Eccleſia Sancti Dominici ſepultus, vt habet Engen. fol. 278.

38 Ioannes Pontanus e Cerreto in Vmbria, Ferdinādi Primi a Secretis Locūtenens Magni Camerarij a. 1479.

39 Broc-

39 Broccardus de Perſico Sabionetæ Comes in Lombardia Locumtenens Magni Camerarij, Magnus Regni Cancellarius ſub Rege Ferdinando I.

40 Iulius de Scortiatis Præſes Regiæ Cameræ, dein Locumtenens Magni Camerarij, alij collocant illum poſt Ioannem Pou; ſed nos quaſdam originales prouiſiones in Magno Regiæ Cameræ Archiuio obſeruauimus, in quibus ſubſcriptiones Ioannis Pontani Locumtenentis, & Iulij de Scortiatis Præſidentis reperiuntur, notatur in Pragmatica Regis Ferdinandi 1492. fol.24.& in altera ſub die 19.Octob.1486.fol.77.& 143.an.1490.

41 Innicus de Auolos Vaſti Marchio ſubſcripſit pro abſentia Magni Camerarij.

42 Cæſar Pignatellus miles Neapol. Locumtenens Magni Camerarij an.1497.

43 Ector Pignatellus ſimiliter Locumtenens Regiæ Cameræ, qui in an. 1501. a Rege Federico Ciuitatem Montis Leonis, aliaque oppida emit, vt *in Quintern.* 3. *fol.*360.

44 Aloyſius de Raymo Neapolitanus, Præſes Regiæ Cameræ, & Archiuarius Regiæ Siclæ, poſtea Magni Camerarij Locumtenens an.1504.

45 Michael de Afflicto Triuenti Comes Magni Camerarij Locumtenens 1505. ſub Rege Catholico, reperitur ſepultus in Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ, Engen. fol.491.

46 Hieronymus de Franciſco Locumtenens a.1521. vſque ad 1528. ſub Carolo Quinto.

47 Auguſtinus de Franciſco filius prædicti Hieronymi Archiuarius Regiorum Quinterniorum, & Locumtenens Regiæ Cameræ, etiam viuente eius patre ita ordinatum ab inuictiſſimo Carolo V.

48 Bartholomæus Camerarius de Beneuento I.C.

ce-

celeberrimus Locumtenens Regiæ Cameræ an. 1541. ſub eodem Carolo V.

49 Hieronymus Seuerinus miles Neap. Regens Regiam Cancellariam, Locumtenens Regiæ Cameræ ab an. 1541. vſque ad 1552. qui dein electus Sacri Conſilij Præſes ab eodem Imperatore Carolo V.

50 Franciſcus Reuerterius Regens,& Locumtenens Regiæ Cameræ 1547. fuit etiam Præſes Regiæ Cameræ, ſepultus reperitur in Eccleſia Sanctæ Mariæ Nouæ, apud Engen.fol.494.

51 Andreas Ponz de Leone miles Hiſpanus non togatus, Locumtenens Regiæ Cameræ 1558.

52 Ferdinandus de Auolos Locumtenens ſub Philippo II. an. 1562.

53 Hieronymus de Palatio Locumtenens ſub eodem Rege.

54 Bernardinus de Sancta Cruce Salētinorum Prorex, Præſes Regiæ Cameræ,& pro Locumtenente electus ab eodem Rege 1579. adeſt ſepultus in Eccleſia Sancti Iacobi Hiſpanorum: obijt an. 1580. Engen.fol. 537.

55 Franciſcus Aluarez de Ribera miles Hiſpanus vir celeberrimus, Locumtenens Regię Camerę an. 1586. electus ab eodem Philippo Secundo Regens Regiam Cancellariam, fuit quoque Præſes Regię Cameræ, reperitur in Eccleſia Sancti Spiritus de Palatio ſepultus, vt per Engen.fol. 545.& 548.

56 Franciſcus Antonius David Præſes Regiæ Cameræ, dein Regens Regiam Cancellariam, & Locumtenens Regię Cameræ ſub die 3. Martij 1589. ſub eodem Rege.

57 Ferdinandus Fornarius de Brunduſio in Salentinis Regius Conſiliarius, Præſes Regiæ Cameræ, Regens Regiam Cancellariam, & Locumtenens Cameræ anno 1595.

1595. ab eodem Philippo Secundo electus, obijt 1601. & in domo profeſſa Patruum Societatis Ieſu ſepultus.

58 Ioannes Alphonſus Suares Meſſia I. C. inſignis Locumtenens Cameræ a mẽſe Aprelis 1603. dein Regẽs Regiam Cancellariam electus a Philippo III. obijt 1614.

59 Petrus Caſtellet Pręſes Regiæ Camerę poſtmodum Regens Regiam Cancellariam, electus pro Magno Camerario a Comite de Lemos Iuniore Regni Prorege 1613.

60 Bernardinus Montaluus Ramirez Pręſes Regiæ Cameræ, Regens Regiam Cancellariam, Marchio Sancti Iuliani, Locumtenens Regiæ Cameræ a menſe Ianuarij 1615. per totum an. 1636.

61 Alphonſus, ſiue Alonſus de Carrera Regens Supremi Italiæ Conſilij, aduenit Regiæ Cameræ Locumtenens in menſe Iunij 1636. electus a potentiſſimo Philippo Quarto Domino noſtro.

62 Matthias Caſanate Pręſes Regiæ Cameræ deinde Regens Regiam Cancellariam, electus pro Magno Camerario an. 1639. a Regni Prorege Duce de Medina de las Torres Oſtiliani Principe, obijt extra Neapolim miſſus ordinatione Magni Comitis de Ognat, Regiæque Iunctæ conſultatione 1652.

63 Didacus Bernardus Zufia Regius Conſiliarius 1630. Præſes Regię Camerę 1636. dein Regens, & Cancellarię Decanus ordine Magni Admirati Caſtilię Regnique Proregis, poſſeſſionem cepit Locumtenentiæ Regiæ Camerę die 9. Ianuarij 1646. nunc Sacri Regij Conſilij Præſes præſtantiſſimus a menſe Iulij 1653.

64 Didacus de Vceda Regens, & Locumtenens Magni Camerarij aduenit ſub die 13. Septemb. 1646. Hiſpaniam petens in itinere cecidit antequam ad Inuictiſſimi Regis noſtri Curiam aduentaſſet an. 1651.

65 Hieronymus Garſia de Benauarre Regius Conſiliarius, Regens Regiam Cancellariam, Locumtenẽs Regiæ Cameræ a die 19. Iulij 1653. vir integer; ſingularisq; probitatis.

De Præſidentibus omnibus Regiæ Cameræ Summariæ, qui hactenùs a nobis adinuenti ſunt. CAP. VIII.

1 PRæſidum nomen antiquum; nam Liuius Bebiũ Præſidem indigitat ab Auguſtis plerumque, etiam ſortè dati. Sym. *lib. 1. epiſt. vlt. Alexander vir ornatiſſimus ſortitus Prouinciam præſidialem*: Interdum in plures annos prorogati. Capit. *in Pio. Fuit ea conſtantia, vt ſeptenos, & nouenos annos in Prouincijs bonos Præſides detineret*, ſcribit Modeſtus *plebiſcito contineri, ne quis Præſidum munus donumque caperet, niſi eſculentum, poculentumque, quod inter dies proximos prodigatur.*

2 Stipendia eorum Lamp. in Alex. computat: *Iudices quum promoueret exemplo veterum, vt & Cicero docet, & argento, & neceſſarijs inſtruebat, ita vt Præſides Prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos; & ſi vxores non haberent, ſingulas concubinas, (quòd ſine his eſſe non poſſent) reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos: cætera ſibi habituri, ſi benè egiſſent: in quadruplum reddituri, ſi malè.* Hæc omnia relata ſunt ab eruditiſſimo Georgio Gualthero Germano (& ad illuſtrandam Italiam nato, niſi tam magnus vir infelicitèr occubuiſſet) *in antiq. tab. Siciliæ fol. 182. lit. G.*

3 Matthæus de Porta miles I. C. con. fam. & Præſidens

ſidens in officio Summariæ Audientiæ rationum officialium Regni cum prouiſione vnc.50. an.1336. ex Reg.illius an.ind.5.D.fol.198.

4 Ioannes Barrilis de Neapoli miles Magiſter Rationalis,& Pręſidens Cameræ an.1342.*Arca F.fol.*8.

5 Georgius de Afflicto de Scalis Regis Fam. Rationalis, & Cameræ Summariæ Auditor ſub Carolo Tertio an.1382.& 83.fol.201.

6 Antonius de Sulmona Decretorum Doctor Reginalis Hoſpitij Iudex, & Regiæ Cameræ Præſidens 1392. & 93.ind.1.fol.5.

7 Aloyſius Galliardus de Caua Præſidens Regiæ Cameræ 1415. vt in Reg. huius an. fol.158. & 220.a ter. Laurentius ſub Ioanna II. an. 1417. Engen.*in ſua Neap. Sac.fol.* 489.

8 Matthæus Podericus de Neapoli Magiſter Rationalis,Con.& Cameræ Præſidens an. 1419. in Reg. Ioannæ II.1415.*ind.*5.*fol.*34.*&* 159.*& in faſc.*74. 1428.*fol.*64.

9 Andreas de Miro de Graniano Cameræ Summariæ Præſidens 1418.19.& 20.fol.9.a ter.

10 Andreas Frãciſcus Caracciolus, (ſiue Carazolus, vt habetur in Reg.) miles de Neapoli Cameræ Summariæ Præſidens; & Con. maritus Ioannellæ Carazolæ anno 1419.fol.162.

11 Ioannes Cicinellus miles Magiſter Rationalis, ac Præſidens Cameræ Summarię an.etiam 1419.f.178.& 212.

12 Goffredus de Gaeta de Neap. V.I.D. miles,Magiſter Rationalis filius Caroli militis Con. ac Præſidentis Cameræ,obtinet idem officium an.1422.fol.94.

13 In Sancti Laurentij Cœnobio Neapol. præteritis annis ſepulchrum extabat, inquit Cæſar de Engen. *in Neap. Sac. fol.* 108. cum hac Inſcriptione abſque milleſimo:

Hoc ſepulchrum eſt Domini Thomæ Scriniarij de Neap. legum Doctoris (lis Militis,et Magnę Curię Magiſtri Rationa- Cameræ Summariæ Præſidentis Eius Patris, & Deſcendentium.

14 1444. Marinus Boſſa de Puteolis,& Ciuis Neap. Præſes Regię Camerę.
Petrus Gerunda de Squillatio.
Goffredus de Gaeta.

15 Antonius de Bononia Poeta Laureatus, & Præſes R. C.
Michael Raynerius.
Ioannes de Sancto Seuerino.
Lupus de Speio Valentianus.
Marinus Minutulus miles Neap.
Lancellottus Scriniarius de Neap.

16 Iacobus de Cilinis de Lanciano Aprutin.
Angelillus Scannaſorice.
Ioannes Antonius de Aquino *ex Com.5. an.*1443. *tempore Regis Alphonſi I. fol.* 74. *in Arch. Magno* R.C.S.*& Com.*15.1444.*fol.*1.

17 Et *in Vol.Theſaurarij Guilielmi Piuades an.*1443.*et* 44.*fol.*33.*a ter.etiam in Arch.*R.C. nominantur duo ſubſcripti Præſidentes:
Enricus de Ianuario,&
Antonellus Baronus.

18 Et *in Com.*16.1444.*&* 45.*fol.*39.*a t.*
Franciſcus de Paganis de Ciuitate Ducali Pręſes Regiæ Cameræ, & Commiſſarius in Aprutin. Prouin.

19 Hie-

19 Hieronymus Quatuormanus de Cuſentia legum Doctor, & Præſes Regiæ Cameræ *in eod. Com.* 1444 *&* 45.*fol.*67.*par.* 2.

Troyolus Pignatellus de Neapoli miles, & Præſes Regiæ Cameræ *ibid.fol.*74.*a t.in par.*2.

20 1446. *In Vol.rationis, ſiue computi Triſtani de Querali. huius anni fol.* 17. reperiuntur ſubſcripti Præſidentes Regiæ Cameræ.

Marinus Boſſa.
Antonius Caruſius.
Aron Cibò.
Iacobus de Cilinis.
Goffredus de Gaieta.
21 Franciſcus Paganus.
Marinus Minutulus.
Io:de Sancto Seuerino.
Io: Carrafa.
Antonius de Bononia.
Lupus de Specchio.
Gilifortus de Vrſa.
Lancillottus Scriniarius.
Angelillus Scannaſorice.
Carolus Paganus.

22 Et *in Com.*11.1452.53.*&* 54.*fol.* 6. *a ter. ordo pro ſale diſtribuendo Officialibus R.C.*

Nicolao de Montibus Locumtenenti.
Io:Olzinæ.
Arnaldo Fonelleda Regijs Secret.
Marino Boſſæ.
Goffredo de Gaieta.
Antonio Caruſio.
Aron Cibo.
Iacobo de Cylinis.

Lu-

Lupo de Spechio.
Hieronymo Quattromano.
Nicolao de Oſerio.
Cicco Guindacio.
Franciſco Pagano.
Io:Antonio Carrafa.
Io:de Miroballis.
Hieronymo de Miroballis.
Michaeli Ricio.
Iuliano Ricio.
Marino Sclauo.
Antonio de Bononia.
Giliforti de Vrſa.
Io:de Forma.
Carolo Pagano.
Io: Bello Flore.
Nicolao Villano.
Petro de Atiſſa.

Animaduerſiones.

1 FRanciſcus Paganus de Ciuitate Ducali in Aprutio Regiæ Cameræ Summariæ Præſidens, & in Aprutinis Prouin.Commiſſarius *in Com.* 16. *an.* 1444. *&* 45. *fol.* 39. *a ter. in Arch.* R. C. de quo etiam infra *in animad.cap.* 11. *num.* 6.

2 Marinus Boſſa de Puteolis, vt infra *cap.* 9.

3 Antonij Caruſii Patria nobis hucuſque ignota.

4 Aron Cibo Ianuenſis, vt infra *cap.* 11. *num.* 9.

5 Iacobus de Cilinis de Lanciano, vt *in animaduerſion.* infra *cap.* 10. *num.* 8.

6 Lupus de Speio de Valentia.

7 Gilifortus de Vrſa Meſſinenſis.

8 Scri-

8 Scriniarij, Scannaſorici, Pagani *de Neapoli*, vt alijs in locis.

9 Nicolaus de Offerio de Neapoli creatur Præſes Regiæ Cameræ Summariæ a Rege Alphonſo an. 1449. *in Reg.dicti an.in Arch.R.C.A.ſcanz.* 2.*num.* 2.*fol.* 100. *a ter. in Eſec.* 1. *an.* 1445. *vſque ad* 49.

10 1449.*In Comp.eiuſdem Triſtani fol.9.a t.*

Marinus Boffa.
Antonius Caruſius.
Aron Cibo.
Goffredus de Gaieta.
Iacobus de Lanciano.
Lupus de Speio.
Franciſcus Antonius Guindacius.
Io:Antonius Carrafa.
Nicolaus Antonius de Montibus.
Ioannes de Miraballis.
Hieronymus de Miraballis.
Michael Ricius.
Angelillus Scannaſorice.
Ioannes de Belloflore.
Gilifortus de Vrſa.
Marinus Minutulus.*omnes Præſidentes.*

11 Sic quoque in alio computu an.1449.& 50.& in alio eiuſdem Triſtani an.1452.fol.7. vltra prędictos, recenſentur.

Iulianus Ricius.
Nicolaus Villanus.
Petrus de Giptijs.

12 Similiter in an. 1453. 54. *& in Comp. an.* 1455. *fol.6.eiuſdem Triſtani*, poſt Petrum de Giptijs, reponuntur.

Pe-

Petrus Paulus de Corbis.
Onuphrius de Diano.
Antonius Guaſtaferrus.
Andreas Boczutus,&
Io:de Belloſiore.

Animaduerſiones.

13 PEtrus Marcus Giptius, quem ſuprà inter Regentes Magnam Curiam Vicariæ *lib.3.cap.8.fol.95.nu.*78.& inter Iudices eiuſdem M.C.*lib.3.cap.*10.*fol.*110.*num.*90.retuli,in celeberrima Ciuitate Theatina Prouinciarum Aprutij Regia Metropoli,Patria mea natus: ideò de illius præſtantia,nobilitate,dignitatibus, ſeruitijs,& fidelitate erga Reges Aragonenſes, cæteriſque alijs honoribus, tanquam mei conciuis, affinis ad Patriæ ſplendorem,aliqua hic breuitèr dicere, & adnotare,incongruum non erit.

14 Ortum duxit Petrus Marcus igitùr Theate,ex antiqua,& nobiliſſima Giptiorum Familia,quæ Neapolim deindè migrauit;& quanquam quandòque *de Giptijs*,more Aprutinorum Accolarum, ita familias nuncupando, vtpotè de Henricis, de Merlinis, de Caſtiglionibus, de Scorpionibus,de Griphis,& ſimilibus,dicatur; attamen idem eſt.Theate itàque primò,vbi Patricius degebat,in Decurionem, ſiue Electum in anno 1446. cum Antonio Nicolai de Lecto, Iuſtino de Bentiuenga, Henrico de Venere,omnibus ſimilitèr nobilibus,electus extitit;vt apparet in *Originali libro numerationum dictæ Ciuitatis Theatinæ anni prædicti fol.* 356. *a ter. in Magno Arch. Regiæ Cameræ Summariæ.*

15 Iuriſconſultorum Conſultiſſimus ab Alphonſo Primo Rege,in virtutis,& ſcientiæ præmium M. C. Vicariæ

riæ cauſarum ciuilium, & criminalium perpetuus Iudex deputatur, vt *ex literis patentibus a prædicta Maieſtate expeditis, quæ leguntur in libro, cui titulus eſt Quintern. O. ſiuè Diuerſorum primo,fol.*217.*num.*158. *in Arch. Quintern.*& ſupra adnotaui inter Iudices M. C. *lib.*3. *cap.*10.*fol.*110. *num.*90. deindè Regij Fiſci Generalis Aduocatus, cum annuo ſalario vnciarum auri ſexaginta,in anno 1451.cōſtituitur,*Vt ex Priuilegio in Regeſto Com.*5.*ann.*1448.*& ſequentib.fol.*257.*a ter. in ſupradicto Magno Arch. Reg.Cam. apparet*: quod ſalarium agnitis poſtea meritis, & magnis ſeruitijs ipſius Petri Marci erga Regiam Maieſtatem,ad alias vncias vigintitres, & tarenos decem, pro complemento annuorum ducatorum quincentum in anno 1452. auctum fuit, *vt ex Regeſto Priuilegiorum ann.* 1449. *vſque ad* 1452.*fol.*82.*a t.in eodem Arch.*

16 Hoc enim tempore dum officium prædictum Generalis Aduocati Fiſcalis exercebat,pro arduis, magniſq; negotijs Regiæ Curiæ, ad Siciliam inſimul cum Bartholomæo Caputo,tunc Regij Fiſci Procuratore,miſſus fuit, cui pro ſubſidio itineris,expenſarum ducati 150. & 50. prædicto Procuratori Fiſcali aſſignati fuere, *Vt in Cedula Theſaurarii Petri Mercader ann.*1456.*fol.*376. *in ipſomet Arch.habetur*;ſimilitèr,& in Prouincias Capitanatæ,Principatus Vltra,Terræ Barij,Baſilicatæ,& alias quoque pro formandis aliquibus maximis inquiſitionibus, alijſque negotijs,pro Regio ſeruitio pluriès, & diuerſis temporibus acceſſit,*vt aſpicitur in eadem Cedula fol.*44. *in libro literarum Curiæ ſecundo ann.* 1451. *fol.* 146. *in Arch.prædicto Reg.Cam.& in ſupracitato lib.Quinternion.O.ſeù Diuerſorum* 1.*fol.*492.*in Arch.dictorum Quintern.*

17 In anno verò 1452.cognitis denuò ab ipſa Maieſtate Regis Alphonſi primi nouis ſeruitijs,& meritis prędicti Petri Marci in eorum remunerationem, inter eius

Digitized by Google

Conſiliarios Sacri Regij Conſilij, Sanctæ Claræ dicti, cooptauit,*vt in ſecunda parte inter Conſiliarios referam*, & poſtmodum,tanquàm de præfata Maieſtate benemeritum in anno 1457.in Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ adſciuit:cum ſpeciali priuilegio,vt dicta tria Munera Aduocati Fiſcalis, Regij Conſiliarij, & Præſidentis Regiæ Cameræ inſimul exercere valeret, ac deberet, & eorum omnium ſalarijs, lucris & immunitatibus frui poſſet (ſic idoneus,& ſufficiens a prædicto Rege æſtimabatur) *vt legitur in Priuilegio in Regeſto Significator.*1.*an.*1452.*vſque ad* 1457.*fol.*225.*in prædicto Magno Arch.* quod priuilegium tanquàm peculiare,& apprimè dignum in calce de verbo ad verbum, vt iacet dabimus. Cui etiam poſteà in eodem anno 1457.ab ipſomet Rege Alphonſo,*vt in Executor.*17.*ann.*1442.*vſque ad* 1460.*fol.*505.*a ter.* Officium Regij Credenzerij Dohanæ Mænæpecudum Aprutij pro ſe,& vno filio,cum clauſula exercēdi per ſubſtitutos, (per quos exercere fecerunt.) Confirmatum deindè in anno 1458.a Maieſtate Ferdinandi Primi, prædicti Regis Alphonſi filij;conceſſum fuit,*vt notatur in Com.*1.*an.* 1465. *f.*146.*a ter.in dicto Magno Arch. Reg.Cam.* quod officium poſt mortem dicti Petri Marci,& eius filij translatum fuit in Camillum eius,ex filio,nepotem, ſimilitèr ob ſeruitia præſtita in bello contra Gallos Regium benemeritum, *vt ex Reg. Executor.* 19. *an.* 1507. 1523. *&* 24. *fol.* 107. *a ter. in eodemmet Arch.* quo deindè, abſque filijs, mortuo, a Sereniſſ. Maieſtate Ferdinandi Regis Catholici ob ſeruitiorum remunerationem,*vt ex Priuilegio in eodem Reg. Executor.* 19. *fol.* 107. *a ter.* paritèr vita durante, donatum fuit, prędicti Camilli Germano fratri Ferdinando, Proauo Lęlij, *vt ex ſcripturis penès nos*, Patris I. C. Andreæ Ioſeph Giptij, excultiſſimis moribus, & literis Adoleſcentis, qui(*cum in eius poſſe omnia citata Priuile-*

nile-

uilegia, aliaque ſcripturæ, & ex eis multæ originales, reperiantur) exibuit mihi, maxima cum mei alacritate de prædicto Petro Marco quoddã Priuilegium aureis certò literis exarandum, *Regeſtatum in Archiuio Regalium Quinternionum, in Quintern. 3. fol. 184. a ter. ſub ann.* 1462. in quo habetur prædicto Petro Marco, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, a Rege Ferdinando primo, ob maximas impenſas factas, & maxima perſonalia ſeruitia ei præſtita, pro conſeruatione Prouinciarum Aprutij ſub Regio dominio, ac præſertim in aggreſſione in Regnum Ioannis, filij Ducis Renati Andegauenſis (pro quo nonnulli Barones, & Ciuitates Regni a debita fidelitate deficiendo, atrox bellum intulerunt cõtra ipſummet Regem Ferdinandum, erga quem prædictum Petrum Marcum, & Filios *ſemper Fideliſſimos*) verba propria Regis in dicto priuilegio narrando (*ac Partialiſſimos forti cum conſtantiuè animo in deuotione, & fide noſtris firmitèr perſeuerare cognouimus, nequaquam inimicorum noſtrorum, & hoſtium potentiam formidando; quinimò, & pro obſeruamento fidelitatis noſtræ damna plurima, ac læſiones, ſumptus maximos, & diſpendia grauia ſubſtinuerunt, nullis quidem perſonis eorum indifferenter parcendo periculis, &c.*) fuiſſe conceſſa, propè decẽ Feuda, Terras, & Caſtra, quæ breuitatis cauſa prætereuntur, ac multos, magnoſque redditus in Prouincia Aprutij, iuxtà Territoriũ Theatinæ Ciuitatis eius Patriæ, quæ omnia poſt mortem dicti Petri Marci ad eius hæredes peruenerunt, *vt ex Releuijs, per ipſius mortem, ſolutis in ann.* 1472. *& 73. in lib. primo Releuiorum Prouinc. Aprutij, diuerſorum annorum fol. 53. & fol. 67. & ex Inueſtituris obtentis in Regeſto Priuilegiorum 38. ann. 1471. vſque ad 77. fol. 134. in Archiu. Reg. Cam.*

18 Deniquè prædictus Petrus Marcus cumulando sẽper merita meritis, & ſeruitijs ſeruitia, vt ſuprà Sereniſs.

Regibus Alphonſo primo,& Ferdinando filio,cum ab illo eius Familiaris, & Conſiliarius Status creatus fuerit, *vt ex Reg.Comm.*5*.ann.* 1448. *& pluribus ſequentibus fol.* 257*. a ter. in eodem Magno Arch.* ab iſto tanti magnifactus fuit, vt ad officium Regẽtis Magnam Curiam Vicariȩ aſcenderit in ann.1463. *vt legitur in proceſſu Bernardini de Tanga,cum Agnello de Tanga inter proceſs. antiquos, in faſciculis,in banca de Mondellis,deindè Solatij, nunc verò Clauelli in S.C.& ex Repertorio Archiuarij R.Cam. Bartholomæi Chioccarelli veraciſſimi antiquorum monumentorum perſcrutatoris; atque ex alijs Regeſtis ſupra cit. lib.*3*. cap.*8*. fol.*95*.num.*78*.vbi inter M.C.V.Regentes eum retuli.*

19 His omnibus colligetur quanto in honore apud prȩdictas Maieſtates Regum Alphonſi,& Ferdinandi noſtrum Petrum Marcum, eiuſque hæredes extitiſſe,à quibus maximoperè honoratos, & diuerſis honorum vocabulis decoratos,appellatoſque fuiſſe,ſicuti,& cæteros de Familia Giptiorum, *ſcilicet Nobiles, Magnificos, Illuſtres, Regios Fideles,ac Familiares,Dominos,Milites (alitèr Equites dictos) & ſimilium,vt ex omnibus ſuprà citatis ſcripturis legi poteſt*,quibus ſolùm Illuſtres, & Nobiliſſimi Viri tùnc temporis decorabantur,vt notum eſt.

20 Vnum hìc animaduertere dignum cenſeo: aliquotiès prædictum Petrum Marcum nominari de Ciuitate Theatina,*de Atiſſa*, quòd ob maxima bona, ac magnos feudales redditus,& cenſus,quos ibi poſſidebat dici contingit; *vt apparet ex Regeſto Comm. primo an.* 1465. *fol.*148*.in dicto M.Arch.R.Cam.* in quo immunem,& frãcum ab omni onere collectarum,& functionum fiſcaliũ, pro bonis in dicta Terra Atiſſæ poſſeſſis,eſſe decernitur: nã, vt ait ingenioſus,& accuratiſſimus Borrellus *in Animaduerſ.ad Ælium Marcheſ.in famil.Spinellorum fol.*135. nonnulli,& ſi Ciues Neapolitani,tamèn de illa Terra ap-

pel-

pellabantur,in qua bona poſſidebãt,& collectas,functioneſque fiſcales exſoluebant;vtpotè *Aquini de Grypta,Latri de Anglono*, *Caraccioli de Theano*, & alij quamplures.

21 Hæc pauca obitèr ſcripta ſufficiant ad laudem tanti viri, & ad noſtræ communis Patriæ ornamentum; attamèn huius perantiquę familię Giptiorum celebres,& illuſtres Viros (ex qua non pauci orti ſunt) quia hoc in opere,meum non eſt illos omnes recolere, alibi vberiori calamo recenſebo.

22 Petrus Paulus de Corbis fuit Ciuis , & nobilis Ciuitatis Hadriæ Prouinciæ Aprutij Citra: lege Regium diploma in fine operis.

23 Et pro antiquarijs , ac locutionis maternæ illius ſeculi curioſis indagatoribus , ſed non irridentibus,ſequens Regium monumentum,adſtituemus.*Rex Aragonũ, &c.Spectabilis, & Magnifici Viri Collateralis Conſiliarij fideles nobis plurimum dilecti. In tempo paſſato come ſapete ordinammo Preſidente di queſta noſtra Camera lo Magnifico Miſſere Pietro Paolo de Corbis de Atri;e perche ſimo informati ipſo exercere lo detto officio bene, e diligentemente per vtilità di noſtra Corte,eſſendo de proximo,come haue piaciuto a noſtro Signore Dio, morto Miſſer Iacobo de Lanciano, lo quale era anco Preſidente de la detta Camera, è noſtra intentione,e così volimo,e ve comandamo,che debbiate ammettere in quello loco, doue era lo detto Miſſere Iacobo tanto ne lo ſedere in la detta Camera,quanto in pagareli lo ſalario de lo detto officio ipſo predetto Miſſer Pietro Paolo como a homo benemerito, e non facciate lo contrario ſi nce deſiderate ſeruire. Datum Puteolis* 14. *Decembris* 1454. REX ALPHONSVS. *ex Vol. ſignificatoriarum* 1. *an.*1452. *vſque ad* 57.*fol.*197. *a ter.in Arch.R.C.*

CAP.IX.

CAP. IX. Cum Animaduerſionibus.

1 MArinus Boffa de Puteolis,ac Ciuis Neapolitanus I. C. clariſſimus, qui in Regni huius hiſtorijs,celeberrimus habetur,ac ſæpiùs ob eius res benè geſtas commemoratur. Vxorem habuit Ioannellam Stendardam nobilitate,patrimonioque fulgentem,quę ei in dotem tradidit Ciuitates Alipharum,ac Bouini,oppidaque Argentij,Arpadij,Cancelli,Sancti Anthimi,ac feuda multa.

2 Vnde factum eſt,vt Ioannæ II. Reginæ ſemper adhæſerit aduersùs Alphõſum Aragonum Regem;quinimmò vnus ex Reginæ Legatis interfuit an. 1436. in pactis initi fœderis inter eiuſdem Reginæ , & Regis Alphonſi Nuncios: in quibus Marinus Boffa vocatur Comes Argentij,& Bouini, interfuit quoque in pacis , concordiæque tractatu, qui inter Renati Regis; eiuſdemque Regis Nuncios agebatur an. 1439.

3 Sed quo pacto Marinus iſte in Pragmatica vulgariter dicta,*la Filingera*,quæ eſt *prag.* 1. *de feudis edita à dicta Regina Ioanna II. menſe Ian.* 1418.*ind.* 11. ſubſcripſerat ſe Marinus Boffa de Neapoli Cancellarius Regni Siciliæ; & tamen ſuprema hæc dignitas ab eo in Ottinum Caracciolum fuerit tranſlata in an. 1419. vt *in Reg.* 1415.*fol.* 82. nobis non eſt exploratum.

4 At vertente bello inter Alphonſum , & Renatum Reges,idem Alphonſus in Vallem Caudinam,quæ ab eodem Marino tenebatur,exercitum duxit,pugnauit, Marinoque capto Argentium Oppidum, quod Marini erat, Marino dedente,Rex cœpit;Marinus verò venia a Rege impetrata in id Oppidum Alphonſi præſidium admiſit; quo facto,magnis poſt honoribus a Rege affectus eſt;per-

acto-

actoque bello Rex Oppida illi reſtituit, quæ tenebat, vt Bartol.Facius *lib.6.Commentar.de rebus geſtis ab Alphonſo primo* teſtatur.

5 Fuit ab eodem Alphonſo Rege Regius Conſiliarius creatus in Sacro Regio Conſilio ann.1442. ac poſtmodum Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ ann.1444. vidimus enim in *Reg.Exeq.* 17. quod in Magno Regiæ Cameræ Archiuio adſeruatur ab ann.1442.vſque ad 60. fol. 182. appellari Marinum Boſſam Præſidentem Regiæ Cameræ in ann.1444.In *Reg.quoque Exeq.primo an.*1445. *vſque ad* 49.ſimiliter in Magno R.C.Archiuio ſub die 27. & 28.Octob.& 10.Nouemb.1445. dicitur Præſidens, & alibi,ac in præcit.*Exeq.*17*.fol.*279*. a ter.* conſpicitur priuilegium ab eo Rege datum ſub die 4. Aug. 1454. quo Rex creat Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ Antonium Guaſtaferrum de Caieta ob mortem Marini Boſſæ de Neapoli.Antonius Panormita *lib.3.de dictis, & factis Regis Alphonſi num. 36.* multa de Marino; ſic quoque Bernardin.Corius *in hiſt.Mediol.par.4.*

6 Michael Ricius de Caſtro Maris de Stabia I.C.celeberrimus, Regius Conſiliarius ſub Rege Alphonſo ſeniori, & Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ 1445. idemque Rex Marinum Caracciolum Sancti Angeli Comitem,& Michaelem hunc Ricium Legatos Romam miſit ad Nicolaum Quintum Sum.Pont.pro communi pace Italiæ ineunda, vt teſtatur Facius *in lib.10.Comm.de rebus geſtis ab Alphonſo.* De Michaele Ricio Hieronym.Zurita *in Annal.Arag.lib.16.& 66.* Ipſius quoque Michaelis tūc recens defuncti non modicas laudes Rex Alphonſus ſenior commemorat;Sic enim inquit in *Reg.Exeq.*17.ab an. 1442.ad 60.fol.474.in Archiuio magno Regiæ Cameræ Summariæ.

7 *Nobili, & ingenuo adoleſcenti Petro Loyſio Ricio de Nea-*

Digitized by Google

Neapoli fideli noſtro gratiam,& bonam voluntatem. Et ſi Michael Ricius olim pater veſter, vir profectò omni ſtudio, omnique doctrina refertus nobis, & familiaris, & neceſſarius vita defunctus eſt; ſua tamen clara virtus, atque celeberrima fama, quæ reſtat inter viuentes, & noſtræ Maieſtati ab eo perfecta officia, & ſolertiſſima obſequia neque mente noſtra excidentur vnquam, neque morientur, &c. Dat. in Caſtro nouo Neap. die 12. Octob. 6. Ind. an. 1457.

8 Michaelis Ricij vitam exactiſſimè conſcripſit Carolus de Lellis conciuis meus, & Patricius Theatinus, vir eloquẽs, atque omni eruditionis, ac doctrinæ genere præſtantiſſimus, quam præmiſit *in Vol. Hiſtor. de Regibus Hiſpanis, Hieruſalem, Galliæ, vtriuſque Siciliæ, & Vngar.* Auctore prædicto Michaele Ricio, recuſo Neap. in 4. apud Egidium Longum 1645.

9 Franciſcus Antonius Guindacius Patricius Neap. e Sedili Capuanæ I.C. fuit inſignis, Regius Conſiliarius ſub Rege Alphonſo 1446. & Præſidens Regiæ Cameræ 1451. vt *ex Com. 7. an. 1451. & 52. fol. 164. in Arch. R. C.* fuit quoque pro Conſeruatore generali Regij patrimonij, vt *in Reg. Com. 13. 1458. fol. 1. in Arch. R. C.* eius mentionem agit Bartol. Fac. *lib. 10. Com. de reb. geſt. ab Alph.* aitque eundem Regem Alphonſum Legatum illum miſiſſe ad Florentinos an. 1453. pro arduis rebus, vocatque eum Ciccum Antonium Iureconſultum, omiſſo cognomine, & hunc noſtrum Ciccum Antonium Guindacium fuiſſe, haud quaquam dubitamus. Afflictus *in deciſ.* 112. meminit Dominæ Lauræ Pignatellæ relictæ quondam Cicci Antonij Guindacij de Neapoli *ſingulariſſimi legum Doctoris, & famoſi*; & in *deciſ.* 190. *num.* 5. meminit quoque ipſius, & in *Conſtitut. Pacis cultus ſub tit. de pacis cultu n.* 30. obijt autem Neap. die 15. Martij 1488. & in ſacra æde Sãcti Dominici Ordin. Prædic. ſepultus hac appoſita Inſcriptione.

Cicco

Digitized by Google

Cicco Antonio Cognomento Guindacio
Qui,et genere clarus,gratus,modeſtus,
Pius,plenus officÿs,ornatus fortuna, et
Virtutibus, legum interpres prudentiſſimus
Illarum,quæ eruditione ſupra cateros
Spectatus, legatione perfunctus.
Fidiſſima atque optima vxor , & chariſſimi
Filij B.M.fecere,obÿt 15.Martÿ 1488.

Relata ab Engen.*in ſua Neap.Sac.fol.*293.

10 Hieronymus de Miraballis Patricius Neapolitanus legum Doctor clariſſimus,fuit vnus ex primis legum Doctoribus Neapolitani Collegij a Regina Ioanna ſecũda inſtituti an. 1428.dein Fiſci Aduocatus;ac poſtmodum Regius Conſiliarius an. 1449. vt ex Regis Alphonſi diplomate,in calce operis ſecundæ partis adducendo, in quo Rex ipſe vocat eum probatiſſimum iuris ciuilis interpretem;& tandem eodem an. Præſidens Regiæ Cameræ; adſeruabatur paucis ab hinc annis penès I.C.Ioãnem Lucam Lombardum volumen m.ſ. antiquis literis exaratum cum hoc titulo: *Lectura Domini Hieronymi de Miroballis ſuper 6.7.& 8.Codicis.*

11 Lupus de Speio de Valentia Decretorum Doctor illuſtris,Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ in anno 1445.&46. ac etiam in *Exeq.* 17. *ab an.*1442. *ad* 60.*fol.* 182. appellatur Lupus de Speyo Præſidens Regiæ Cameræ; & Ferdinandus Primus multa conceſſit Magnifico,& dilecto Conſiliario Lupo de Speio V. I. D. vni ex Præſidentibus antiquioribus Regiæ Cameræ Summariæ

ob eius ſeruitia præſtita ipſi Regi, ac Alphonſo eius Patri, vt in Reg. *Exeq.* 18. 1457. 58. *& 59. fol.* 161. fuit quoque Regius Conſiliarius.

12 Nicolaus Antonius de Montibus de Capua I. C. & cauſarum patronus inſignis, creatus fuit priùs Fiſci Patronus anno 1449. vt habetur *in Exeq.* 1. *an.* 1451. 52. *vſque ad* 55. *fol.* 372. *in Arch. Reg. Cam.* dein Regius Conſiliarius an. 1452. ac demùm Præſidens Regiæ Cameræ, & Locumtenens, quem magiſtratum diù exercuit, quo ad vixit, fuit Orator Ferdinandi Primi apud Sum. Pont. per menſes tres an. 1467. in compluribus Regijs Pragmaticis editis ab Alphonſo I. & Ferdinando eius filio Regibus, ſubſcriptus conſpicitur vti Magni Camerarij Locumtenens.

13 Meminit ipſius Afflict. *in cap. acceſſionis de natura ſucceſſ. feudi nu.* 10. *in vſibus feudorum*, vocatque Nicolaũ Antonium de Montibus de Capua inſignem Aduocatum, idem Afflict. *in tit. de ſucceſſ. feud. num.* 56. *et in Conſtit. Vt de ſucceſſionibus ſub tit. de ſucceſſ. nob. in feud. num.* 23. ait Dominus Nicolaus de Montibus, qui longo tempore fuit Locumtenens Magni Camerarij; eius mentionem facit Io: Pontan. *lib.* 4. *de obedien. cap.* 6. aitque *ipſi ſcimus in prætorio Regum Neapolitanorum cuius multos iam annos præfecturam gerit Nicolaus Antonius Capuanus integerrimus vir, & iuris Romani conſultiſſimus, vbi de Regio cenſu rationibuſque cognoſcitur, &c.*

14 Thomas quoque Gram. *deciſ.* 1. *num.* 23. meminit Nicolai Antonij de Montibus de Capua Locumtenente Regiæ Cameræ. Iſte Nicolaus Antonius de Montibus cũ eſſet Magni Camerarij Locumtenens emit á Rege Ferdinando Primo Terram Coriolani de Prouincia Terræ Hydrunti pro ducatis quatuor mille, vt ex eius priuilegio ſub datum in Caſtro Ciuitatis Capuæ die 7. Nouemb. 1465.

14.ind.in Reg.*Exeq.1.an.1465.ad 67.f.129.in Arch.*R.C.

15 In actis Notarij Petri Ferrilli publicum inſtrumentum inſpeximus, in quo habetur die 4. Auguſti 1465. ind. 13. Saluatorē Zurulum Patricium Neap. e Capuanæ Seſſione, matrimonium contraxiſſe cum Damicella Antonella de Montibus filia Nicolai Antonij de Montibus Locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ in eo Sedili Capuanæ, vbi Sereniſſimus Dominus Rex Ferdinandus, & Oratores Venetorum, ac Florētinorum aderant; idemque Nicolaus Antonius, & copioſa multitudo Dominorum Comitum, & Baronum, aliorumque nobilium ibidē ſaltantium.

16 Inſpeximus quoque eius teſtamenti tabulas anno 1479. rogati, in quo hæredes inſtituit eius filios, nempè Franciſcum primogenitum in Terra, ſeu Caſtro Coriliani in Prouincia Hydronti ſito, Ioannem de Montibus militem ſecundogenitum in feudo Piſopij, Berardinum tertiogenitum legum Doctorem in feudo Rialis; & Antoniū quartogenitum in feudo Sancti Martini; reliquos vero tres poſteriores filios in baiulatione Ciuitatis Capuę: meminit quoque Iacobæ de Monforte eius coniugis; eius poſteri adhuc vigent, & fuerunt Marchiones Coriolani vſque ad noſtram ætatem. Berardinus fuit poſtea Regius Conſiliarius Sanctæ Claræ an. 1495. Petrus Naſturt. *in ſuo Repert.* inquit Nicolaum Antonium de Montibus illuſtraſſe Regiam Cameram; ac virum integerrimum fuiſſe, qui potius derelinquere officium voluit ſub Ferdinando Primo, quàm prouiſionem quandam contra iuſtitiam ſubſcribere, vt notatur in lib. *Notamentorum illius temporis*; & fuit quòd cum Rex de nouo Regis Roberti denarios effundere feciſſet, qui erāt valoris viginti vnius torn. mandauit Rex, vt pro viginti duobus erogarentur.

Digitized by Google

CAP. X.

1 ANgelus Ricius de Iuuenacio I. C. fuit Regius Conſiliarius an. 1459. deinde creatus Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ die 10. Septemb. 1460. vt in Reg.*Exeq.25.1462.63.&* 64.*fol.*41.*a ter.in Arch.*R. C. S. poſtmodum redijt ad Sacrum Conſilium an. 1469. quem Magiſtratum diù exercuit.Fuit quoque Regius Conſiliarius, & Auditor Regiæ Maieſtatis (hoc titulo appellabantur Regentes Regiam Cancellariam) an.1474.& 1481. Angelo huic Ricio de Iuuenacio I.V.Doctori Regio Conſiliario,& vni ex Præſidentibus Regię Cameræ Summariæ,ac etiam vni ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ Ferdinandus Primus Rex concedit, ac donat, eiuſque hæredibus in perpetuum *cabellam , ſeu ius tertiariæ ferri, aczari, & picis Ciuitatis Trani, ob magna, alta, plurimaque accepta ſeruitia ei Regi præſtita*:ſic habent ipſius Regis literæ,ſub datum in Ciuitate Canuſii die 23. Auguſti 1459. 7. ind.in eod.*Exeq.* 25.*an.*1462.*ad* 64.*fol.*41.*a ter.in Arch.*R.C.

2 Eundem Angelum idem Rex, temporibus ſuſpectionis belli,creat Caſtellanum Turris Sancti Cataldi Ciuitatis Licij donec vixerit, & cum poteſtate ſubſtituendi, ipſiuſque laudes commendat, ſub datum Barii die 14. Decemb.1463.vt in dicto Reg. *Exeq.*25.*fol.*313.vbi hæc inter cætera leguntur: *FERDINANDVS DEI GRATIA REX, &c. Magnifico Viro Angelo de Iunenacio V.I. Doctori Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem.ad cuſtodiam Caſtrorum noſtrorum Viros præficimus vigiles,& fideles,qui vigili,ſolertique cura ad illorum cuſtodiã, & gubernationem,ac conſeruationem intendant;ſicque de fide, aptitudine, & ſolertia veſtra plurimum confidentes, tenore*

præ-

Digitized by Google

præſentium, noſtra ex certa ſcientia vos eundem Angelum Caſtellanum Turris noſtræ Sancti Cataldi Ciuitatis Licij ad vitam veſtram eligimus, &c.

3 Antonius de Bononia, Panormita dictus, equeſtri familia natus, qui a Pontano alumno, elegantiarum pater appellatur, elatè genus ſuum ab vltimis Brittannis, Beccatellaque familia Bononiæ celebri repetebat, præclaro gentis inſignium argumento, quòd iiſdem militari in ſcuto pictis alis vteretur: ità Paulus Iouius *in Elogijs impreſſ. in princ. Epiſtolarum eiuſdem Antonij in 4. Venetijs 1553.*

4 Rex Alphonſus *in Com.6.an.* 1449.*fol.*153.*in Archiuio Reg. Cam.* ſic habet: *Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia motuque proprio, & gratia ſpeciali Magnificum Antonium de Bononia legum Doctorem, Poetam Laureatum, & vnum ex Præſidentibus noſtræ Cameræ Summariæ Conſiliarium, & Præceptorem noſtrum dilectum; virum quidem de nobis optimè meritum, facimus, & creamus oriundum, & naturalem Ciuem Neapolitanum tota ſua vita durante, potiturum de cætero illis immunitatibus, priuilegijs, prerogatiuis, etc.*

5 Antonius Panormita, edito libro de dictis, & factis Alphonſi Regis, mille aureorum munere affectus eſt, & pro publica humanarum literarum lectura priùs Mediolani octingentos in annum fuerat conſecutus, vt habent Io: Pontan. *de liberal.* & Petrus Ang. Spera *de nobilit. profeſſor. Gram. & Human. lib.4. fol.*203.

6 Ioannes de Belloflore Regius Conſiliarius, Secretarius, Magiſter Rationalis, & Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, ab eadem Regia Camera prouiſionem obtinet, Vallem Beneuentanam versùs eundo, pro peſte fugienda cum tota eius familia, ne ad ſolutionem aliquam in omnibus Regni paſſibus teneatur, pro vt *in Com.5.an. 1449.fol.25.à ter. ſub die 29. Iunij in Arch. Reg. Cam.*

7 In

Digitized by Google

7 In *Com.*11.*an.*1452.53.*& 54.fol.6.a ter.ſub datum die* 20.*Septemb.* 1452. *in Arch. Reg. Cam.* reperitur ordo, pro ſalis conſignatione Officialibus Regiæ Cameræ, ac nominantur ſubſcripti, v3.

8 Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens.
Marinus Boſſa.
Goffredus de Gaeta.
Antonius Caruſius.
Aron Cibo.
Iacobus de Cylinis.
Lupus de Spechio.
Hieronymus Quatuormanus.
Nicolaus de Offerio.
Ciccus Antonius Guindacius.
Franciſcus Paganus.
Io: Antonius Carrafa.
Io: de Miroballis.
Hieronymus de Miroballis.
Michael Ricius.
Iulianus Ricius.
Marinus Sclauus.
Antonius de Bononia.
Gilifortus de Vrſa.
Ioannes de Forma.
Carolus Paganus.
Io: de Bolloflore.
Nicolaus Villanus.
Petrus de Atiſſa.

Animaduerſiones.

9 IAcobus de Cilinis habet Patriam Anxanum, ſiuè vt vulgò dicitur *Lancianum* in Ferentanis in Apru-

tio

Digitized by Google

tio Citrà nunc ſitum; obſeruauimus enim in prima vetuſta illius Ciuitatis numeratione, tempore Regis Alphonſi peracta an. 1447. quæ in Magno Regię Cameræ Archiuio adſeruatur, in hunc modum prædictum Iacobum numeratum fuiſſe:

Fol.61.D.Iacobus de Cilinis I.V.D.

Domina B. . . . . . Vxor. Iulius filius an. 5. Maſia filia an.7. Manna filia an.5.

Nanna Caroſii vidua eius ſeruitrix. Viuunt ex bonis, & ſubſtantia dicti Domini Iacobi, ſub eius poteſtate, & eſt Præſidens in Summaria.

10 In *ſupra cit.Com.5.an.*1449.*fol.*74. dicitur: *Nobili, & egregio Viro Matthæo Forlano vtiliter Domino Caſ.ri Vacri de Prouincia Aprutij Citra; ac Officialibus Vniuerſitati, & hominibus dicti Caſtri Vacri ſalutem. nouiter pro parte nobilis, & egregij viri Domini Iacobi de Cilinis de Lanzano I.V.Doctoris, ac Regiæ Cameræ Præſidentis, nobis expoſitum fuit cum querela, quod cum olim dictus Dominus Iacobus emerit certum territorium feudale in Caſali Sancti Georgij pertinentiarum dicti Caſtri Vacri a Nicolao de Abbatigio, etc.*

11 Et *in Com.6. an.* 1449.*fol.*104. *in Arch.Reg.Cam. Quia Magnificus vir, & eximius Vtriuſque Iuris Doctor Dominus Iacobus de Cilinis de Lanzano Regius Conſiliarius, & ex Præſidentibus Cameræ prædictæ, nonnullos eius libros, & alias res ad vſum domus, et familiæ ſuæ a dicta Ciuitate Neapoli Lanczanū mittit, etc.* paulò poſt. *Vobis præſentium oſtenſorem liberè tranſire permittant* 1450. & pro exemptione prædicti Præſidentis a iuribus focụlariorum videatur ordo *in Com.*15.*an.*1444.*fol.*8.

12 At cum Neapoli obijſſet, & corpus eius ad Patriam adducendum diſpoſuiſſet, en hic illius temporis Regiæ Cameræ Summariæ prouiſio, quæ Lectori ſubijcitur, deprompta ex *Com.*12. *an.* 1454. *&* 56.*f.*114.*a ter. in*

Arch.

Digitized by Google

Arch.Reg.Cam. Innicus,&c. Vniuerſis,& ſingulis gabellotis, platearijs,paſſagerijs,ac quorumcumque iurium, vectigalium receptoribus a Ciuitate Neapoli; vſque ad terram Lanczani incluſiuè conſtitutis. Cum nobiles viri Simon de Cilinis frater,& Iulius eiuſdem cognominis filius quondam egregij Viri Domini Iacobi de Cilinis de Lanczano dictæ Cameræ Præſidentis, conduci faciant corpus dicti quondam Domini Iacobi ad dictam Terram Lanczani vna cum bonis dicti quondam Domini Iacobi,qui in hac Ciuitate Neap.pro vſu ſuo tenebat, pro quibus nullum ius vectigalis ſolui debet; propterea vobis, qua fungimur auctoritate dicimus, & mandamus ſub pœna vnciarum auri 25.quatenus dictorum defuncti, & bonorum delatores per paſſus,& loca iuriſdictionis veſtræ,tranſire permictatis abſque alicuius iuris cabellæ, paſſagij, & alterius cuiuſcunque vectigalis ſolutione, & contrarium non faciatis ſicuti Regiam gratiam caram habetis, & pœnam prædictam cupitis euitare. Datum Neap.in Regia Camera Summariæ die 4. menſ. Decembris 3. ind. 1454. Goffredus pro Magno Camerario: Iacobus Andreas pro Magiſtro Actorum.

13 Menelaus de Ianuario Neapolitanus.

14 Petrus de Caſtilliono. *(an ſit de familia Mediolanenſi, ſiuè Pinnenſi in Aprutio; aut Oppidi Caſtillionis in eodem* Aprutio *ſiti; ſeù Caſtellionis in* Calàbria, *quid certi, hic non habeo; ſed in Topographia Regni forſan elucidabitur.)*

15 Carolus Paganus de Neapoli; *(ſed origine e Nuceria, ibi peruetuſta,& nobiliſſima familia.)*

16 Antonius de Bononia;&

17 Marinus de Brancadoris de Firmo Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ an. 1437. & 38. in Ciuitate Gaietæ cum Alphonſo I.reſidentes, qui fuerunt etiam ibi pro Magnis Camerarijs hebdomadarijs,vt in *Vol.1.priuileg. adſeruato in Magno* Arch. *Reg. Cam.per me ſign.lit.*A. *ſcanz.1.n.1.f.28.a t.69.a t.71.a t.74.101.& ſeq.138.a ter. 131.& 133.a t.*

18 Ia-

18 Iacobus Andreas Ferrillus de Neapoli Locumtenens Magni Camerarij 1440. etiam in Gaeta *in eodem Arch.Reg.Cam.Cam.1.A.ſcanz.1.num.9.fol.38.*omnes hi ſuprà ſuis in locis reponendi.

19 Hieronymus Quatuormanus de Cuſentia creatus Præſidens Reg. Cam. an. 1451. a Rege Alphonſo I. eius priuileg.eſt ſub datum 2.Octob.1451. *in Reg.ſignificatoriarum 1.fol.146.in Arch.Reg.Cam.& in Com.8.1452. ad 54.fol.274.a t.in Arch.Reg.Cam.*

20 Ioannes de Forma de Pedimonte miles ex Rationale Reg.Cam.Præſes *in eod.Com.8.& fol.274.a ter.*

21 Onufrius de Diano dictus Bufalus Præſidens R.C.ſub die 11.Octob. 1452.*in eod.Reg.ſignfic.1.fol.163.*

22 Franciſcus de Pelatis de Padua I. C. celeberrimus a Rege Alphonſo fuit electus Conſiliarius Sacri Regij Conſilij an.1453.dein ſub die 22.Martij 1456.Præſes Regiæ Cameræ,vt in dicto *Reg.ſignificator.1.fol.203.*

23 Leonardus Seruiuiani de Florentia Præſidens Reg.Cam.15.Nouemb.1454.*in eod. Reg.ſignific.1.f.194.*

24 Andreas Boczutus de Neapoli Præſidens Regiæ Cameræ ſub 1.Aug.1454.*ex eod.Reg.ſignif.1.fol.195.*

25 Petrus Paulus de Corbis de Adria Aprutin.creatus Præſidens Regiæ Cameræ ſub die 7. Febr. 1454.*in eod.Reg.fol.183.*reperitur in *Com.4.an.*1445.*fol.*135. Capitaneus Baroli, & fol. 140. de quo etiam ſupra *cap.* 8. *nu.*15. *in animad.* ad illam ſupremam elatus dignitatem, Mecœnatuum Aquauiuorum ope, Adriæ Dominorum ab an.1195.vt in Regni Topographia copioſè dicam.

26 Iacobus de Cilinis de Lanciano Præſidens Regiæ Cameræ in locum prædicti Petri Pauli de Corbis ſub die 7. Febr. 1454.*in eod. Reg.fol.196.& 97.*de quo ſupra *in animad.cap.10.nu.8.*

27 Bonus homo de Tranſo de Gaeta miles Præſi-

 dens

dens Regiæ Cameræ die 12. Decemb. 1455. *fol.* 204. *& in Com.*15.1444. *& ſeq. in par.*2.*fol.*190.*a ter.in Arch. Reg.Cam.& infra cap.ſeq.fol.*200.*nu.*18.

28 Troylus Pignatellus de Neap. Præſidens Regiæ Cameræ an.1456.fol.207.con prouiſ.vnc.50.*in Com.*16. *an.*1444.*&* 45.*in par.*2.*fol.*74.*a ter.in Arch.R.C.*

29 Gualtherius Poherius de Taberna V.I.D.a Rege Alphonſo I. eligitur Præſidens R. C. ſub die 27. Aprilis 1456.in ſupra cit.*Reg.fol.*210.& infra etiam *cap.*11.*n.*13.

30 Nicolaus Antonius Orilia de Neapoli Præſidens an.1456. die 3.Septemb.fol.212.& infra *c.*11.*n.*14.

31 Laurentius Gactola de Gaeta Regis Alphonſi familiaris, Præſidens Regiæ Cameræ creatur an. 1456. die prima Septemb. conſuetum erat antiquitùs in Regia Camera, quòd quando Præſidens ipſius eligebatur, aureos triginta perſoluebat Magno Camerario, eius Locũtenenti, ac Præſidentibus; at cum prædictus Laurentius aſſumptus fuiſſet ad Præſidentis Regiæ Cameræ dignitatem,per Regem Alphonſum Regiæ Cameræ, miſſa fuit epiſtola, in qua, verba ſubſcripta, vulgari illius ſeculi, idiomate, reperiuntur.

32 *Ve pregamo,et incarecamo tanto ſtrettamente quanto potiamo, che per noſtra contemplatione faziate exempto dal detto pagamento lo detto Renzo; non preiudicando però la preſente a voſtri priuilegij,e conſuetudini.*12. *Nouemb.* 1456.*in eod.Reg.ſignif.*1.*fol.*216.alter conſimilijs fuit data ad fauorem Nicolai Antonij Oriliæ *ibid.fol.*213.

33 Petrus Nicolaus de Alexandro de Neapoli Præſidens Regiæ Cameræ, & tamquam Magiſter Rationalis fuit quoque exemptus a iure ſigilli *in eod.Reg.fol.* 228.

34 Marinus Sclauus de Neapoli ex Præſidentibus Regię Cameræ Summariæ *in Com.*5. *an.* 1449.*fol.*58.*a t. in Arch.Reg.Cam.*

35 Ca-

35 Carolus Paganus de Neapoli Præſidens Regiæ Cameræ an.1450.in ſupra cit.*Com.5.fol.79.*

36 Nicolaus Villanus de Caua ex Præſidentibus Regię Cameræ, Curiæque Siclæ Ciuitatis Neapolis Magiſter Rationalis ex *Com.6. an.* 1449.*fol.* 141.*a t.in Arch. Reg.Cam.*

37 Antonius Guaſtaferrus de Gaeta miles Regiæ Camerę Præſidens an.1456.*in Reg.literarum Curiæ* 4.*an.* 1452.*& ſeq.fol.*124.*a t.in Arch.Reg.Cam.*

38 Vlixes Bulcanus de Neapoli vnus ex Pręſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ an. 1457. *in Com.* 15. 1444.*& ſeq.in par.*2.*fol.*74.*in Arch.Reg.Cam.*

CAP. XI.

1 IN computu Credēzerij Damiani Zozii adſeruato in Archiuio Reg.Cam.an.1457.58.& 59. vix leguntur ſubſcripti inter Officiales Regiæ Cameræ, infeliciſſimo caractere:

Nicolaus de Porcinarijs.
Pericchus Gactula.
Aloyſius Bulcanus.
Petrus Marcus de Giptijs.
Petrus Paulus de Corbis.
Troilus Pignatellus.
Raymundus Palomar.

Animaduerſiones.

2 NIcolaus de Porcinarijs Patricius Aquilanus, Regius Conſiliarius, & Præſidens Regiæ Cameræ an.1457.& Regens Magnæ Curiæ Vicariæ , vt diximus ſupra in *lib.3.cap.8.fol.94.num.76.& f.95.num.*81.*&* 85.

Rentius Gaćtula de Gaeta, debet legi; & non Pericchus.

Vlixes Vulcanus, & non alitèr Aloyſius.

Raymundus Palomar originem trahit a Ciuitate Barlectana in Prouincia Barij, ſi memoria non fefellit.

3 Troylus Pignatellus de Neap. miles Præſid. Regiæ Cameræ 1457. *in Cam.* 1. *A.ſcanz.*2.*num.*3.*fol.* 409. *a ter. in Arch. Reg. Cam.*

Sal Officialibus Regiæ Cameræ Summariæ diſtributum an. 1457. reperitur *in par.* 2. *Vol. intit. Com.*16.*an.*1444.*& ſeq.f.*163.*in Arch.Reg.Cam.* & inter illos ſunt ſequentes:

4 Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens.
Goffredus de Gaieta.
Lupus de Speyo.
Antonius Caruſius.
Hieronymus Quatuormanus.
Petrus Paulus de Corbis.
Antonius Guaſtaferrus.
Gilifortus de Vrſo.
Nicolaus de Offerio.
5 Ormannus de Albicis.
Andreas Boczutus.
Leonardus Seruiuiani.
Troylus Pignatellus.
Onufrius de Diano.
Antonius de Bononia.
Franciſcus de Pellatis.
Iacobus de Playa Aduocatus Fiſci.
Ciccus Antonius Guindacius.
Io: Antonius Carrafa.
Nicolaus Filiach.

6 Ray-

Digitized by Google

6 Raymundus de Palomar.
Michael Ricius.
Io: de Miraballis.
Carolus Paganus.
Iulianus Ricius.
Bernardus de Raymo.
Petrus Marcus de Atiſſa.
Io: Bellofior.
7 Aron Cibo.
Rodoricus Falco.
Gualtherius Poherius.
Marinus Minutulus.
Nicolaus Antonius Orilia.
Franciſcus de Paganis.
Nicolaus de Porcinarijs.
Iaymocta Malduit.
Rentius Gactula.
Vlixes Bulcanus.
Hieronymus de Miraballis.

Animaduerſiones.

8 ORmannus de Albicis de Florentia : *nobili viro Ormanno Rinaldi de Albicis de Florentia Conſiliario, & Preſidenti Regia Camera* an. 1455. *in vol. ſignific.* 1.1452. *ad* 57. *f.* 198. *in Arch. Reg. Cam.* Leonardus Seruiuiani etiam Florentinus *in eod. vol. ſignific.* 1. *fol.* 194. *a ter.* de quo etiam ſupra. Iaymocto Maldrit. *in Comp. Triſtani de Queralt, & in credenz. Damiani Zozii*, legitur in primo *Iannero Manecto*, & in ſecundo *Ianuczo Manenta.*

9 Franciſcus de Paganis de Ciuitate Ducali in Aprutio. *Alphonſus Rex, &c. Magnifico Viro Franciſco Pagano de Ciuitate Ducali Commiſſario Generali Comitatuum*

Ta-

Tagliacotij,& Albæ,Capitaneo graſſiæ, Aprutij Præſidenti Cameræ noſtræ Summariæ Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiã noſtram,& bonam voluntatem. Exaltat potentiam Principum munifica remuneratio ſubiectorum; qua recipientium fides creſcit ex præmio, & alij ad ſeruiendum promptiori arcantur exemplo. Sanè attendentes, & noſtra memoriæ ſæpènumerò repetẽtes grata plurimum fructuoſa egregiæ virtutis,probitatis,& fidelitatis obſequia per vos eundem Franciſcum,& vniuerſam familiam veſtram Maieſtati noſtræ varijs temporibus multipliciter, diuerſimodè præſtita, & impenſa; nec non grauiſſimos ſumptus, plurimoſque labores, quos in acquirendo,ac ſeruando pro fidelitate noſtra, & noſtro Demanio Comitatus Taliacotij,& Albæ,ac terras, & loca eorundem animo indefeſſo, nullis vitæ veſtræ parcendo periculis, ac diſpendijs ſubijſtis,ac geſſiſtis; nec non minus in ſatisfactionem, & ſolutionem plurimarum pecuniarum nobis per Spectabilem, & Magnificum quondam Ioannem Antonium de Vrſinis Comitem Talyacotij debitam: Tenore præſentium motu quidem proprio deliberatè, & conſulto, & noſtra gratuita voluntate, & mera liberalitate Vobis eidem Franciſco Pagano in aliqualem veſtrorum meritorum,obſequiorum,expenſarum, & laborum prædictorum recompenſam damus, donamus, & gratioſè concedimus, & liberaliter impartimur duos mille ducatos monetæ huius Regni,v3. decem liliatorum ducato quolibet computato,&c. Datum in Terra noſtra Sancti Seuerij die 5. Februarij 5.ind.an. a Natiu. Domini 1457.in Arch. Regiæ Cameræ in Cam.1. A. ſtanz. 2. num. 3. fol. 311. iuxta meam diuiſionem,*& in Com.*16.1444.*& 45.fol.39.a ter. in Archiuio Regiæ Cameræ: Franciſcus de Aquino,etc.egregio V.I.D. Frãciſco de Paganis de Ciuita Ducali Regiæ Cameræ Summariæ Præſidẽti, & in Aprutinis Prouinciis Cõmiſſario,&c.& ibid. fol.163.in 2.par.*

10 Vlixes Bulcanus de Neap. Præſes Regię Cameræ 1457.

1457. *in Com.* 15. 1444. *par.* 2. *fol.* 74.

11 Ioannes de Belloflore Regius Conſiliarius, a ſecretis, Magiſter Rationalis Regni, ac Præſes Regię Camerę Summariæ, Vallem Beneuentanam verſùs ob peſtem fugiendam proficiſcens, Regium obtinet diploma, ne aliquid datij in itinere perſoluat, vt *in Com.*5. 1449.*fol.* 25. *a ter. in Arch. Reg. Cam.* fit etiam ipſius mentio *in Com.* 11. 1452. *ad* 54.*f.*6.*a t. in eod. Arch. et in Cedula Petri Mercader* 1455.*fol.*342.*in eodemmet Arch.* & ſupra etiam relatus.

12 Aron Cibò Ianuenſis efficitur à Rege Alphonſo Primo vnus de Conſiliatijs Sacri Conſilij, vt ex data priuil. ſub die 18.Ian. 1452. adſeruati *in Arch. Reg. Cam. in Vol. exeq. einſd. an. fol.* 99. *a ter.* dein ab eodem Rege creatur Præſes Regię Camerę an. 1453. *in eod. Arch. Cam.* 1. *A. ſcanz.* 2. *num.* 2. *fol.* 247. an. 1459. Regens Magnæ Curię Vicarię, vt *in Com.* 20. 1458. *ad* 63. *fol.* 44. & inter Pręſidentes Regiæ Camerę connumeratur *in Com.* 16. 1444. *&* 45. *fol.* 163. *in par.* 2. ſicut etiam *in Com.* 11. 1452. *ad* 54. *fol.* 6. *a ter.*

13 Gualtherius Poherius de Taberna Calaber legum Doctor Regius Conſiliarius, & Pręſes Regię Cameræ *in lib. ſignific.* 1. *tempore Regis Alphonſi an.* 1452. *ad* 57. *fol.* 210. *a ter.* ſic habetur: *Nobili, & egregio viro Gualtherio Poherio de Taberna ll. Doctori Conſiliario, & Præſidenti Regiæ Cameræ; & in Com.* 16. 1444. *& ſeq. f.* 231. de quo etiam ſupra *cap.* 10. *num.* 29.

14 Nicolaus Antonius Orilia Neapolitanus Regius Conſiliarius, & Præſes Regię Camerę 1456. *in ſupra cit. Vol. ſignific.* 1. 1452. *ad* 57. *fol.* 212. in Diui Laurentij Eccleſia Neap. reperitur eius epitaphium, relatum quoque ab Engen. *in ſua Neap. Sac. fol.* 117. in hunc modum: *Sepultura Domini Nicolai Antonii Oriliæ de Neap. leg. Doctoris Reg. Conſiliarii, ac Reg. Cameræ Præſidentis facta an. Domini* 1460.

15 Ren-

15 Rentius Gactula de Gaeta Preſes Regię Camerę 1456. *in Vol. ſæpiùs cit. ſignific.* 1. 1452. *ad* 57 *fol.* 214. de quo etiam ſupra *cap.* 10. *num.* 24.

16 Hieronymus de Miraballis Patricius Neapolit. I.V.D. celeberrimus in Regis Alphonſi diplomate pro Sacri Conſilij reformatione, ſic habetur: *Poſtea quam reformationem noſtri Sacri Conſilii, debito libamine moderauimus, in quo ſalua præeminentia officii Logothetæ, & Prothonotarii Regni huius, & Præſidentia Reu. in Chriſto Patris B. Archiepiſcopi Neap. eiuſdem noſtri Sacri Conſilii Præſidentis, nonnullos famoſiſſimos vtriuſque Iuris Doctores fideles noſtros eligimus, & ad cætum determinatum numerum prætaxauimus, inter quos probatiſſimum iuris ciuilis interpretem Hieronymum de Miraballis de Neapoli de certa noſtra ſcientia, et conſultè elegimus, deputamus, &c. Datum in Turri octaui die* 20. *Nouemb.* 1449. *in Arch. Reg. Cam. Cam.* 1. *Aſcanz.* 1. *num.* 4. *fol.* 213. *a ter. ſecundùm noſtram diuiſ.*

17 In *Comp. Triſtani de Queralt Dohanerij ſalis anno* 1449. *inter Præſidentes Regiæ Cameræ fol.* 9. *a ter.* habētur Hieronymus Miraballus, & Ioannes Miraballus, Michael Ricius, Io: Antonius Carrafa, & alij, & ſic mihi perſuadeo prędictum Hieronymum e Regia Camera ad Sacrum Regium Conſilium fuiſſe promotum, de quo etiam ſuprà.

18 Bonus homo de Tranſo de Gaeta miles Prẹſes Regię Camerę 1457. *in Com.* 15. 1444. *par.* 2. *fol.* 190. *a t. & in ſignific.* 1. 1452. *ad* 57. *fol.* 204. *a ter.* 1455. *& in Ced. Petri Mercader* 1455 *fol.* 339. *a ter.* Catalano idiomate dicitur: *Donat a Miſ. Bonhomo de Tranſe Caualler domitiliat en Seſſa.* in Arch. Reg. Cam. *& ſupra fol.* 193. *num.* 27. & in alia Cedula generalis Theſaur. Perot an. 1457. adſeruata ſimilitèr in Magno Archiuio Regię Camerę fol. 132. eodem idiomate, ità habetur: *Item doni per lo dit Banch a Miſſ. Bonhomo de Tranſo Caualler de Napols dos mil ducat corrent, &c.*

19 In

19 In Sancti Ioannis Eccleſia Sueſſę Ciuitatis in ſacello Familiæ de Tranſo ſub ipſius altare, ſequens reperitur epitaphium:

Sepulchrum Magnifici Militis Bonomoli
De Tranſo
Chianelli Domini, &
Sereniſſimæ Ioannæ Secundæ Reginæ
Collateralis Conſiliarii
Pro ſe, ſuiſque poſuit.
Anno Domini MCCCC.XXIV.
Die XXII. Maij.

20 Ioannes Franciſcus de Henricis Patricius Theatinus I.C. Regius Conſiliarius, & Præſes Regiæ Cameræ 1465. *in Com.* 22. *eiuſdem an.* 1465. *fol.* 59. *a ter.* reperitur in eius perſonam Credenzerij ſalis conceſſio vtriuſque Aprutij cum facultate ſubſtituendi, & in priuilegij calce, *Nihil ſoluat, quia Præſidens Cameræ Summariæ fol.* 61.

21 Antonellus de Petrutijs de Auerſa Regius Secretarius, Conſiliarius, & Cameræ Summariæ Præſidens 1463. *in Com.* 22. *eiuſdem an. fol.* 7. *in Arch. Reg. Cam. & in comp. Credenz.* Michaelis Puſannæ an. 1466. & Nicolai de Ligorio ſubſtituti Io: Baptiſtæ de Clauellis, *& in Com.* 12. 1454. *&* 56. *fol.* 353. ità: *Alphonſus Rex, &c. Dilecto, & fideli ſcribæ familiari noſtro Antonello Petrocia de Auerſa ſigillatori, ac Perceptori pecuniarum iuris ſigilli Maieſtatis noſtræ huius Regni gratiam, & bonam voluntatem. Nō ignorare te credimus, nos proximis diebus motu proprio ordinaſſe Secretarium noſtrum magnificum, & dilectum Conſiliarium, ac*

Præceptorem noſtrum Antonium Panhormitam Poetam Laureatum, vtpotè digniſſimum multo maiori officio,&c.

22 Et *in Com.*20.1458.*ad* 63.*fol.* 174. *in Arch. Reg. Cam.Innicus, &c. Magnifico Viro Triſtano de Queralt militi Dohanerio dohanæ ſalis Ciuit. Neap. ſeu eius Locumtenenti. Ordinauit nouiter Regia Maieſtas Præſidentes dictæ Cameræ Magnificos Viros Thomam de Girifalco, & Antonellum de Petrutijs Suæ Maieſtatis Conſiliarios, atque Secretarios; ideo tenore præſentium,&c.*1460.

23 In *Com.*5.1469.*&* 70.*fol.*85. *in Arch. Reg. Cam. pro parte Magnifici legum Doctoris Domini Corradi, Domini Martini vnius ex Præſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ,fuit expoſitum cum querela,&c.*

24 In *Com.*6.1449.*fol.*141. *a ter. Innicus, &c. Quia nobilis, & egregius Vir Dominus Nicolaus Villanus de Caua ex Præſidentibus dictæ Cameræ, Curiæque Siclæ Ciuitatis ipſius Neapolis,Magiſter Rationalis in præſentiarum Neapoli moram trahens,conduci facere intendit, vt aſſeritur a Baronia Sancti Seuerini,& aliundè etiam certos ſuos libros,nec non granum,vinum,& ordeum, &c. liberè tranſire permittatis.*

25 Petrus Nicolaus de Alexandro de Neapoli ex Rationale Regiæ Cameræ,Præſes electus a Rege Alphōſo,& collocandus in an.1457.*in eod.ſæpiùs cit. Vol.ſignific.* 1.1452.*ad* 57.*fol.*228.

26 Nicolaus Carduinus de Neap. Il. Doctor Regij Fiſci Patronus; Conſiliarius, & Præſes Regiæ Cameræ 1468.*in Eſec.*3.*eiuſdem an.fol.*23.*a ter.in Arch.Reg.Cam.*

27 Ioannes Antonius Carrafa Patricius Neapol. Regius Conſiliarius, & Præſidens Regiæ Cameræ ſub Rege Alphonſo *in Eſec.*19.1458.*& ſeq. in Arch.Reg.Cam.*

28 Seuerianus Damianus de Diano miles,& Præſes Regiæ Cameræ 1462.*in Eſec.*24.1460.*ad* 69.*fol.*28.*a ter.* exemptionem obtinuit a quibuſcumque ſolutionibus

pro

pro ſe,& ipſius bonis contra Vniuerſitatem Terræ Diani a Ferdinando Rege an.1472.*in Eſec.17.fol.*189.

29 Gerardus Landus de Caua Præſes Regiæ Cameræ an.1465.*vt in Com.*22.*fol.*1.*in Arch.Reg.Cam.*

30 Nicolaus de Statis de Montopulo Præſes Regiæ Cameræ 1468.*in Com.4.eiuſd.an.fol.21.a ter.in Arch.Reg. Cam.*

CAP. XII.

1 ANellus Arcamonus Patricius Neapolit. e Sedili Montaneæ I. C.clariſſimus, fuit Regiæ Cameræ Summariæ Præſes an. 1466. *in Reg. enim Exeq.* 1. *ab an.* 1465. *ad* 67.*fol.*337. *Arch. Reg. Cam.* appellatur Præſes Regiæ Cameræ ſub die 20. Decemb. 1466. deindè an. 1469. Regius Conſiliarius Sanctæ Claræ, quem magiſtratum cum per aliquot annos geſſiſſet , Rex Ferdinandus Senior illum Legatum miſit ad Venetos, vbi triennio permanſit; perfunctaque feliciſſimè legatione illa in Patriam reuerſus, ad Sixtum Quartum Sum.Pont.an. 1473. Orator ablegatur , apud quem per multos annos commoratus eſt: iiſque temporibus Caſtrorum Borrelli, Roſarni, & Gioiæ de Calabriæ Prouincia, Regulus eſt effectus, quæ a Rege aureis decem, & octo millibus emiſſe legimus ; ac proindè de Caſtris illis inueſtituram obtinet die primo Nouemb. 1479. in qua honorificè a Rege, hunc in modum appellatur: *Magnificus, et clariſſimus V.I.D.Anellus Arcamonus miles Neapolitanus Conſiliarius , & Orator noſter fidelis dilectiſſimus*, vt in Reg. *Quintern. Regiæ Cameræ fol.*29.

2 Cumque legationem ſibi commiſſam, Regis negotia accuratè, ac ſapientèr curaret, ab eodem Rege Comitatus Borrelli dignitate, inſignitur an. 1483. quippè in

Reg.*priuileg*.15.*fol*.138.*in Regia Cancell*.eiuſdem Regis literæ habentur ſub datum Neap.die 27.Febr. 1483. Quibus *Magnificus, & præſtantiſſimus vir Anellus Arcamonus eques inſignis Conſiliarius, & Orator dilectiſſimus*, creatus fuit Borrelli Comes ob eius ſeruitia, præſertim ob Romanam legationem : & deinceps in literarum fronte,quas ad eum Rex eſcribebat (quarum nonnullas inſpeximus) hæc verba leguntur, & præcipuè apud Ioannem Albinum fol.286. *Spectabili,& Magnifico Viro Anello Arcamono Comiti Borrelli, Conſiliario, & Oratori noſtro fideli dilecto,&c.*

3 Deindè legatione ex animi ſententia nauata Neapolim rediјt an. 1484. vbi tùm auctoritate; tùm opibus longè primus extabat,Regique cariſſimus. Fuit Collegij Neapolitani Doctor ordinarius, vt affirmat Affl. *in l. hac edictali*, §. *conuenticulas de pace iuram. firm. num*.2.idem quoque Rex Ferdinandus iampridem in an. 1472. Magnifico Viro Anello Arcamono de Neap.militi Il. Doct. Regioque Conſiliario annuos ducatos quatuorcentum conceſſerat,ac dono dederat,vt in Reg. *Exeq*. 5. *an*.1471. *ad* 75.*fol*.59.*a ter.in Arch.Reg.Cam.*

4 At plerumque ſolet euentum variare fortuna,cùm mortalium res eò incedant ordine, vt nulli ſit diuturna felicitas, quàm in medio fati curriculo, inuidia nõ erumpat; enimuerò cum Rex Ferdinandus celebrem illam conſpirationem a Regni Proceribus aduersùs eum patratam detegiſſet an.1486. omnes eius flagitij ſuſpectos duriſſimis vinculis mancipari mãdauit,inter quos fuit Anellus,vt teſtantur Ioan.Albinus *de bello inteſt.fol*.110.& Camillus Portius *lib*.3.*de coniurat.Baron. Regni Neap.*

5 Qui quidem Anellus Regi ex eo ſolummodò ſuſpectus erat, quòd eius ſoror Antonelli Petrutij Regis a ſecretis,& vnus ex coniuratis vxor eſſet. Sed cùm capti-

uos

uos omnes Rex multifariàm tortos, cruciatoſque vltimo ſupplicio tradidiſſet, eorumque bona omnia publicaſſet, parùm abfuit, quin tunc Anellus idem pateretur, ob maximam, iuſtamque furibundi Regis ſæuitiam, qui ne dùm flagitij authores, eorumque complices; verùm etiam ſuſpectos, ac innocentiſſimos internicioni dabat.

6 Verùm Rex ne coloratam quidèm in Anello cauſſam reperiens, relicta ei anima, in tenebris, perpetuò vitam, morte grauiorem, agere iuſſit: nec damnando, nec liberando, vt Auctores citati teſtantur.

7 Cumque per decem circitèr annos in tenebris permanſiſſet a Ferdinando Iuniore Rege menſe Februar. an. 1495. vna cum alijs Regni Magnatibus libertati priſtinæ, fuit reſtitutus, vt Franc. Guicciardin. *lib.* 1. *hiſt.* teſtatur.

8 Sed quod mirum eſt in viro iſto a labili fortuna, ac iniuſtè vexato, eius tela æquo animo paſſa, ærumnæ illæ, perſecutioneſque ne tantillum quidèm authoritatis detraxere; ſed ab omnibus aſſiduè exiſtimatus, mirũ in modum obſeruatus, & ità reliquum ſuæ vitæ ſpatium quieti, & otio tradidit.

9 Habuit Anellus in vxorem Caſſandram Scannaſoricem Borrelli comitiſſam, ex qua duas ſuſcepit filias; Vincentiam nempè, quam Gentili de Tolfa Neapolitano Patricio nuptui tradidit, & Lucretiam, quàm Annibali de Capua Altauillæ Comitis filio, in matrimonium collocauit; ampla dote præſcripta, vna cum palatio illo pulchro, ac perambulo in Sedilis Montaneæ regione ſito; qua propter Annibalem, eiuſque poſteros ad prædicti Sedilis nobilium cętum an. 1507. adſcribendum curauit.

10 Tandem Anellus cum aliqua ſuper Regni Conſtitutionibus luculentèr ſcripſiſſet vtilia, quæ præ manibus omnium teruntur, obijt Neapoli an. 1510. & in eo

Ar-

Arcamona familia Sedilis Montaneæ extincta eſt, ſepultus autèm in Sancti Laurentij æde, ſplendido marmoreo ſepulchro propè ſacrarium eiuſdem Eccleſiæ, vbi hæc appoſita cernitur Inſcriptio:

Dijs ſuperis ſacrum
Anello. Arcamonio. Borelli. Domino
Iuriſc. Præſtantiſſ. Quem. ſenior
Ferdinandus. Rex. ad. Regni. curas. vocatum
Inter. Proceres. Adlegit. ad. Venetos. &
Sixtum. IV. Pont. Max. legationibus. egregie
Defuncto. vtramque. Fortunam experto
Vtriuſque Victori Annibal de Capua
Socero B. P. MD. X

Sic quoque relata ab Engen. fol. 112.

11 Nicolaus de Porcinarijs Patricius Aquilanus I. C. & Comes Palatinus, plures geſſit magiſtratus; etenim priùs ab Alphonſo Primo Rege, Regens Magnam Curiam fuit creatus an. 1455. & 56. deindè Præſidens Regiæ Cameræ 1458. *vt in Reg. priuilegiorum 3. Regis Alphonſi I. 1458. fol. 174. in Reg. Cancell.* & denuò die 3. Aug. 1459. Regens magnæ, & Vicariæ cauſarum per annum, ac deindè in anteà ad beneplacitum, *vt in Reg. Exeq. 17. 1442. ad 64. fol. 573. a ter. in Arch. Reg. Cam.* atque iterùm Regens 1466. & poſtmodùm Regius Conſiliarius in Sacro Conſilio in an. 1469. 70. & 71. & denuò Regens Magnam Curiam in annis 1473. 74. & 75. vide reliqua per nos ſcripta ſuprà in Regentium Catalogo.

12 Andreas Mariconda Patricius Neapolit. Sedilis Ca-

Capuanæ I. C. in iuuenta legalis facultatis lauream adeptus eſt Neapoli die 25. Octob. 1460. vt ex priuil. expedito per Io: Antonium Carrafam militem, & Franciſcum Antonium Guindacium de Neapol. legum Doctores Regios Conſiliarios Commiſſarios ad ea deputatos per Sereniſſimum Regem Aphonſum: & in eo dicitur eum doctoratum fuiſſe geſtum per DD. illos (omiſſis alijs, quæ publico in examine fieri conſueuerunt, tanquàm ſuperfluis in dicto Andrea,) ex quo actu legebat, & regebat ordinariam lectionem, cathedramque.

13 Deindè in foro patrocinando inſignis cauſarum Patronus effulſit. Regina verò Iſabella Ferdinandi ſenioris Regis coniux, & Generalis Locumtenens, Andream hunc Maricondã de Neap. II. Doctorẽ Regiũ Cõſiliarium, & de Regio Sacro Conſilio ex nunc in anteà ſua vita perdurante, elegit, vt ex priuil. ſub datum Neap. die 2. Ian. 1461. a nobis viſo; quod quidem priuilegium, vt in calce eius dicitur per eundem Andream fuit præſentatum in Regio Conſilio Sanctæ Claræ exiſtente 7. Martij 1464.

14 Idem autem Rex Ferdinandus eundem Andream vnum ex Præſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ, ac vnum ex Magiſtris Rationalibus Magnæ Curiæ Siclæ, creauit, vt ex priuil. ſub datum Neap. die 11. Febr. 1481. Idem Rex Ferdinandus cum eſſet Andreas Regię Cameræ Summariæ *Præſidens*, Regium Conſiliarium in S. C. elegit ad ipſius Regis beneplacitum, & donec in eo officio benè ſe geſſerit, vt ex priuil. ſub datum Neap. die 6. Iunij 1477. in cuius calce dicitur: *Nihil ſoluat, quia Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ.*

15 Iuris prudẽtiam in publico, & celeberrimo Neapolitano gymnaſio eſt interpretatus cum Antonio de Alexandro concurrens an. 1466. aliquas lecturas m. ſ. vidimus, *Super Infort. & ff. nouum.* fuit de Collegio Neapol.

vt

vt Afflict.ait *in deciſ.*194.*num.*1.*& in l.hac adictali*, §. *conuenticulas num.*2.*de pace iur.firm.* hinc ab eodem Afflict. eius collega ſæpiùs memoratur, nempè *deciſ.* 34.*num.*1. *deciſ.*58.*num.*4.*deciſ.*65.*num.*2.190.6.229.7.252.9.291. 3.308. 12.337. 9. idem Afflict.*deciſ.*111.*num.*4.*&* 269. *num.etiam* 4.vocat Andream Maricondam *antiquum practicantem*: filios habuit Diomedem, & Nicolaum viros quippè doctiſſimos,quorum Diomedes fuit Regius Conſiliarius, ac Præſidens Regiæ Cameræ, vt ſuo loco dicemus.

16 Ioannes Baptiſta de Bentiuoglis de Saxoferrato, celebri Vmbriæ oppido,Bartoli de Saxoferrato celeberrimi I.C.ſororis filius, legum Doctor inſignis, Regiorum Conſiliariorum Sanctæ Claræ numero fuit adſcriptus an. 1468. is autèm maximarum cauſſarum expeditionibus clariſſimus;proceſſus enim Sacri Conſilij peruoluentibus eius nomen perſępè occurrit,ac omnium ferè S.C. cauſarum Commiſſarius erat, & vt credo celeris ingenij : Præſidens Regiæ Cameræ fuit an.1471.eodemque tempore quo Regius Conſiliarius erat, Præſidentis quoque Regiæ Cameræ fungebatur dignitate.

17 Cumque ab eodem Rege Legatus ad Vrbini Ducem ipſius Regis Generum,alioſque Italiæ Principes, interuallatis temporibus ſæpiùs fuiſſet ablegatus an.1478. & in ſequentibus annis,apud quos per quatuor circitèr annos commoratus eſt,mandauit idem Rex, vt Nicolaus Philippus de Bentiuoglis eius filius, patris abſentia perdurãte,eius loco,officio,dignitateque fungeretur;eiuſque vices gereret,eius cauſſas tractaret,expediret;& in cauſarum commiſſionibus, quæ ab eodem S.C. ab eo cognoſcendæ committebantur,his,vel ſimilibus verbis dicebatur: *Magnificus Io: Baptiſta de Bentiuoglis V.I.D. & in eius abſentia Nicolaus Philippus eius filius de ſupplicatis ſe informet*,

met, & auditis partibus iuſtitiam faciat. Is verò in forenſibus actis ſic dicebat:

18 *Ex prouiſione facta per Magnificum Io: Baptiſtam de Bentiuoglis, ſeu Magnificum Nicolaum Philippum eius filium, & ſubſtitutum*; ſic autē ſe ſubſcribebat, *Nicolaus Philippus de Bentiuoglis Subdelegatus Magnifici V. I. D. Ioannis Baptiſtæ de Bentiuoglis eius Patris*; vel ſic: *Nicolaus Philippus de Bentiuoglis filius, & ſubſtitutus in abſentia Magnifici V.I. D. Domini Ioannis Baptiſtæ de Bentiuoglis Regij Conſiliarij.* Alibi autem appellabatur: Nicolaus Philippus de Bentiuoglis Regius Conſiliarius. Idque perdurauit annis 1478.79.80.& 1481. Reuerſus verò Neapolim an. 1482. Regij Conſiliarij munus eſt proſecutus.

19 Stephanus de Caieta Neapolitanus Canoniſta inſignis, celebrem tractatum de Sacramentis, ſiuè potiùs repetitionem *Can. ad limina 30. quæſt.* 1. tunc conſcripſit, & in lucem edidit Neapoli an. 1475. apud Iodocum Hauenſtain Germanum Diœceſis Spirenſis in fol. paginæ regalis, qui deindè recuſus eſt an. 1587. inter Repetentes in iure Canonico *in Vol.* 1. cum librum Stephanus Ioanni Baptiſtæ de Bentiuoglis de Saxoferrato Ferdinandi Siciliæ Regis Conſiliario dicauit; & in liminari eius libri epiſtola valdè eum commendat, ac illum Bartoli ſororis filium eſſe affirmat; eius etiam meminit Io: Trithemius in *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt.*

20 Franciſcus Tuppi Neapolitanus II. Doctor in Andreæ de Iſernia commentarios ſuper feudorum libros primò editos Neapoli an. 1477. apud Sixtum Rieſſinger Alemanum in fol. dicauit Ioanni Baptiſtæ de Bentiuoglis de Saxoferrato Regio Conſiliario, ac Ducis Vrbini a ſecretis, & in epiſtola nuncupatoria ad eundem Bentiuoglium, dicit Ioannem Baptiſtam in lucem primò loco emiſiſſe Bartoli de Saxoferrato opera, pro quo beneficio

legalem facultatem profitentes valdè illi debent; quod maximè notandum eſt ad Regiæ Cameræ Summariæ, Sacri Regij Conſilij decus, & ornamentum perpetuum, vide Reg. *Exeq.5.an.1471.ad 75.fol.91.in Arch.Reg.Cam.*

21 Afflict. *in cap. ſi cauſa ſub tit. de controu. inter vaſſal. & al. de benef. num.12. in vſib. feud.* meminit Domini Ioannis Baptiſtæ de Bentiuoglis *Magni Regij Conſiliarij, & iuſti Iudicis*, idem Afflict. *in tract. de iur. protb. §.3.* incip. *Licet enim num.17.* ait: *audiui a Magnifico, & clariſſimo Doctore Domino Io: Baptiſta de Bentiuoglis digniſſimo in præſentiarum Regis Conſiliario*, & alibi.

CAP. XIII.

1 Troianus de Buctunis de Trano I.C. quem in antiquis quibuſdam documentis, reperimus appellatum de an.1466. Regium Conſiliariũ atque Auditorem Henrici de Aragonia Marchionis Hieracenſis Regis filij, & claſſis Capitanei, ac in Ducatu Calabriæ Generalis Locumtenens. Deindè fuit Regius Conſiliarius in Sanctæ Claræ Conſilio an. 1470. poſtmodùm Regię Camerę Summarię Pręſidens anno 1480. ac demùm reperimus illum Regis Auditorem fuiſſe in an.1494.97.& 1500. Matth. Afflict. *in deciſ.282. in princ.* mentionem facit Troiani huius de Buctonibus de Trano Regij Conſiliarij.

2 In comp. Nicolai de Ligorio de Neap. Credenzerij an.1467.fol.194. in Arch.Reg. Cam. & Michaelis Pulannę 1468.fol. 237. inter Pręſidentes Regiæ Camerę leguntur ſequentes:

3 Nicolaus de Montibus Locumtenens.
Petrus Marcus de Giptijs.
Thomas Vaſſallus.

An-

Angelus de Iuuenatio.
Anellus Arcamonus.
Nicolaus Cardoinus.
Antonellus de Petrutijs.
Ioannes Caracciolus.
Ioannes Ferrarius.
Nicolaus de Statis.
Leonardus Viuianus.
Petrus Cola de Alexandro.
Lupus de Spechio.

Animaduerſiones.

4 THomas Vaſſallus Neapol. reperitur in computo ſalis diſtributi inter Regiæ Cameræ Officiales ab an.1462.& in *Exeq.*14.1494.& 95.*fol.*25.*a ter.*in Eccleſia S.Franciſci propè S.Claram legitur ſequens inſcriptio a Thoma Vaſſallo eius vxori poſita; & ab Engen. relata *in Neap.Sac.*fol.253:

Ioannellæ de Ieſualdo matronæ nobiliſſimæ, puellæ formoſiſſimæ, mulieri pudiciſſimæ, omnibuſq; bonis artibus ornatiſſimæ: Thomas Vaſſallus Eques Magnificus I.C. ſingularis, Præſidens Summariæ vxori incomparabili P. vixit annis triginta 1480. 11.*Auguſti.*

5 Angelus Ricius de Iuuenatio, de quo ſupra. Petrus Marcus de Giptijs Theatinus Patricius, de quo etiã ſuprà.

6 Lupus de Spechio Valentianus, de quo ſimilitèr ſuprà.

7 Leonardus Viuianus, corrigatur, Seruiuianus & Florentina Ciuitate.

Additio.

8 CArolus Pignatellus Præſes Regiæ Cameræ anno 1471.in comput. Regiæ Cameræ illius an.a nobis viſo.

9 In comp.Credenz. Iacobi Caualli ſubſtituti Ioannis Baptiſtæ de Clauellis de Pedimonte an.1475.76.vſque ad 1488.ſubſcripti Præſidentes inueniuntur:

10 Bernardus Striuerius.
Iacobus de Loreto.
Io: Baptiſta de Bentiuoglis.
Anellus Arcamonus.
Antonius Cicinellus.
Iacobus Tolomeus.
Franciſcus Zanoera.
Leonardus de Lama.
Speronus de Ianuario.
Nicolaus Baronus.
Petrus Iacobus de Ianuario.
Cubellus Barnaba.
Nicolaus Antonius Gagliardus.
Antonius Nicolaus Villanus.
Antonius de Cappellis.
Iulius de Scorciatis.
Antonius Bichi.
Alphonſus de Finabellis.
Ioannes Pontanus.
Franciſcus Scaranus.

Loy-

Loyſius de Raymo.

11 Et 1488. Iulius de Scortiatis Locumtenens.

Petrus Nicolaus de Alexandro.

Iacobus Tholomei.

Io: Andreas de Cioffis.

Antonius de Alexandro; & alij, vt ſupra.

Animaduerſiones.

12 BErnardus Striuerius fuit Fiſci Aduocatus 1474. vt *in Com.* 17. 1473. *fol.* 113. *in Arch. Reg. Cam.*

13 Iacobus de Loreto, ſcilicet de Terra Loreti, ſeù Laureti Prouinciæ Aprutinæ in Com. 27. 1478. fol. 124. & 138. ità ſe ſubſcribebat: *Iacobus de Laureto*, & alibi, *Iacobus de Laureto Præſidens.*

14 Nicolaus Baronus e Graniano ex Rationale Regię Cameræ ab an. 1455. vt ex *Ced. Petri Mercader f.* 269. *in Arch. Reg. Cam.* creatus deindè Præſidens.

15 Couellus Barnaba Præſes Regiæ Camerę ſub Ferdinando I. vide Sum. *par.* 3. *fol.* 470. & Engen. *in ſua Neap. Sac. fol.* 38. ſubſcriptam adducentem inſcriptionem:

Io: Camillo Barnaba I. C. doctrina, vitæ integritate, atque animi virtute clariſſ. præclaris magiſtratibus, ſumma cum laude perfuncto, Sebaſtianus Potentinorum Antiſtes, Veſpeſianus I. C. & Fabritius S. Stephani Eques e nobilitate Piſana filij pientiſſ. Patri optimo ac B. M. P. P. congeſtis, vna cum Sebaſtiani Aui Regij Conſilia-

ſiliarij, Cubelli proaui Reg. Cam. Præſid. & Lucij patrui equitum legati cineribus, vt quos idem ſanguis, idem illuſtrandæ familiæ ſtudium coniunxerat, idem quoque tumulus complecteretur. Obijt Anno ſal. 1576. Aetatis ſuæ 66.

16 Nicolaus Antonius Gagliardus e Ciuitate Cauenſi, vt colligitur ex *Com. 35. 1485. fol. 8. in Arch. Regiæ Cameræ*, & in celeberrimo Sanctiſſimæ Trinitatis Cauenſis Cœnobio, ſequens reperitur epitaphium:

Lector ſi neſcis morimur
Terra terram vorat.
Nicolaus Antonius Gagliardus eques & Summariæ Præſidens humanæ memor Fragilitatis, viuens ſibi, & Conſtantiæ Vicariæ vxori vnanimi, ac Poſteris
Quando eſſe deſierint ſepulchrum
Parauit. Anno a Chriſti Natale
MCCCC. LXXXXIV.

17 Nicolaus Antonius Villanus de Caua, vt ſuprà retulimus, citando *Com. 6.* 1449. *fol.* 141. *a ter.* cui àddo *Com.* 11. 1452. *& ſeq. fol. 6. a ter. in Arch. Reg. Cam.*

18 Antonius de Cappellis e Teano Iudex fuit Magnę Curię 1473. dein Regius Conſiliarius 1477. vſque ad 1480. poſtmodùm Præſidens Regię Camerę 1484. & 85. fuit

Digitized by Google

fuit quoque Regis Auditor an. 1487. vſque ad 1493.

19 Alphonſus de Finabellis e Terra Fogiæ Pręſes Regię Camerę 1486. vt in *Vol.2. prouiſ. antiq. pecud. Apul. fol.312. à ter. in Arch. Reg. Cam.*

20 Ioannes Pontanus e Cerreto Vmbriæ oppido ab Antonio Panormita Regiæ Cameræ Præſidente, Poeta Laureato, perhumanitèr exceptus: in aula Ferdinandi I. Regis Alphonſi filij receptus: ingenij ſui felicitatem, ac vbertatem oſtendit; itàut cum muſis familiaritèr ſit vſus, & poſt ſe illuſtriores Poetas, Oratoreſque ſui ſeculi longè reliquit; magis elegans in carminibus, quàm in ſoluta oratione emicuit; cum in hiſtorijs (iuxtà Iouij criticam) grauitatem, ac decorem non ſemper ſeruauerit. Attamen qualis ipſe fuerit, clarum eſt verſuum alis, eorumque diuinitate, ſtellas manu tetigiſſe, de quibus nobilitèr quoque cecinit, vt ſua opera teſtantur. Fuit Regis Ferdinandi a ſecretis, & ab eodem Regiæ Camerę Summarię Pręſes electus, & Magni Camerarij Locumtenẽs anno 1479. & an. 1486. inter Thomam Vaſſallum, Alphonſum de Finabellis etiam Pręſidentes, reperitur in Iacobi Caualli computu fol. 373. & in alijs ſequentibus Magno in Archiuio Regię Cameræ adſeruatis.

21 Ioannis Pontani opera typis mandata cum hac epigraphe reperiuntur:

22 Ioannis Iouiani Pontani viri clariſſimi, qui vnus ex multis ſeculis veram prudentiam cum ſumma eloquẽtia iunxiſſe videtur. Opera, quę ſoluta oratione compoſuit, omnia: in tomos tres digeſta.

23 Primus continet libros varij generis multiiuga eruditione refertos, pręcipuè verò earum rerum, quarum cognitio ad totius Reip. ſcientiam imprimis eſt neceſſaria: nomina librorum omnium ſunt hęc: *libri primi tomi*. De obedientia libri quinque: de fortitudine lib. 2.

De

De Principe: liberalitate : beneficentia : magnificentia: ſplendore: conuenientia : lib. De prudentia lib. 5; magnanimitate lib. 2. Fortuna lib. 3. immanitate liber.

24 Secundi. De aſpiratione lib. 2. Charon: Antonius: Actius: Ægidius: Aſinus; Dialogus. De ſermone lib. 6. Belli quod Ferdinandus ſenior Neapolitanorum Rex cũ Ioanne Andegauenſi duce geſſit lib. 6.

25 Tertij: In centum Claud. Ptolomęi ſententias lib. 2. De rebus cęleſtibus lib. 14. De luna liber imperfectus.

In ſecundo tomo: ità; Ioannis Iouiani Pontani, quos ſoluta oratione compoſuit, tomus ſecundus, cui inſunt. De aſpiratione lib. 2. item Dialogi feſtiuiſſimi diuerſorum argumentorum nempè Charon, Antonius, Actius, Ægidius, Aſinus. De ſermone lib. 6. opus eſt in 4. fol. impreſ. Baſileę 1538. & in duo vol. diuiſum.

26 Deſecto Dialogo Carontis, & Mercurij, tutò legi reliqua poſſunt; & deleantur Dialogi Antonius, & Actius ex Hiſpanica cenſura.

27 Item Ioannis Iouiani Pontani Amorum lib. 2. De amore coniugali lib. 3. Tumulorum 2. Lyrici 1. Opus eſt in 8. fol. impreſ. Venetijs per Melchiorem Seſſam anno Domini 1531. Vide Capac. *in Elog. lib. 2. fol. 375. n. 82.* & Iouium *fol.* 109.

28 Neapoli obijt, & ſepultus in ſacello Sancti Ioannis ab eodemmet Pontano erecto propè D. Marię maioris Eccleſiam, vbi ſequens appoſuit epitaphium:

Viuus domum hanc mihi paraui
Qua quieſcerem mortuus.
Noli obſecro iniuriam mortuo facere,
Quam viuus fecerim nemini.

Sum

Sum enim Ioannes Iouianus Pontanus
Quem amauerunt bonæ muſæ,
Suſpexerunt viri probi,
Honeſtarunt Reges Domini.
Scis enim, qui ſim, aut qui potiùs fuerim.
Ego uerò te hoſpes, in tenebris noſcere nequeo.
Sed te ipſum, vt noſcas, rogo. Vale.
Obijt anno Chriſti M.D.III. Aetat.
LXXVII.

A Suuertio *in monum.Neap.*& ab Engen.*fol.69.* relatum.

29 Franciſcus de Arenis Pręſes Regię Camerę, & Regius Capitaneus Baroli reperitur in *Com.*15.1472.*fol.* 15.*in Arch.Reg.Cam.*

30 Marinus Minerua de Policaſtro, vt in Cedula Paſqualis Diaz Garlon an.1471.fol.54. Pręſes Regię Camerę 1479. & in *Com.* 28.*fol.64. in cod.Arch.* fuit legatus ad Tunetanum Regem an. 1491. vt in *Vol.Theſaur.illius an. fol.*384.*in Arch.Reg.Cam.*

31 Bartholomæus de Verino Maiorchinus in Catalonia ll.Doctor, fuit Regius Conſiliarius an.1481.deindè Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ an. 1485. quo anno a Ferdinando Rege ad Sum. Pontif. & Venetorum dominium miſſus legatus, Afflict. *in deciſ.* 190. *num.* 6. meminit Bartholomæi huius de Verino Regij Conſiliarij an. 1484. idem Afflict. *in cap.ſi quis inueſtierit ſub tit. de feudo dato in vicem legis commiſſ. num.*19. & alibi.

32 In comp.Ioannis Thomæ, & Teſei de Anape de Neap. concordato cum Credenzerio Saluatoris Zizi ab

an. 1490. ad 94. reperimus in Archiuio Regiæ Cameræ ſubſcriptos Præſidentes:

33 Maczeus de Afflicto.
Thomas Baronus.
Antonius Cappellus.
Loyſius Soler.
. . . . . de Felice.
Nierius de Parcio.
Simeon Caſolla.

Animaduerſiones.

1 MAttheus; ſiuè Mazzeus de Afflicto Neapolitanus I. C. præclariſſimus, & in vniuerſo terrarum orbe, eius operum fama celeberrimus, Doctoratus inſignia Neapoli accepit an. 1468. vt ipſemet teſtatur *in cap. vaſſallus de inueſtit. in maritum facta num.* 11. dein in ſupremis Regni foris cauſarum patronum egit, et in Neapolitano gymnaſio Ius ciuile, Canonicum, feudale, atque Regni Conſtitutiones per annos vltra viginti feliciter eſt interpretatus, magno plauſu, auditorumque frequentia.

2 Sub ſeptem quoque Neapolitanorum Reges, nēpè quinque Aragonenſes, ac duos Gallos, ſupremos honores dignitateſque functus: inter nobiles Sedilis Nidi cooptatus; cuius honore ipſius poſteri adhuc gaudent. Fuit de Collegio Neapol. vt ipſe ait *in l. hac edictali de pace iur. firm. in vſibus feud. num.* 2.

3 Magiſtratus verò quos geſſerit Afflictus, ex antiquis documentis, & ex eiuſdem Afflicti operibus optimè conſpiciuntur. Primò enim electus pauperum Aduocatus tempore Regis Ferdinandi Primi, & Ducis Calabriæ eius filij primogeniti, quod quidem officium recipere noluit,

Digitized by Google

luit, vt ipſemet ait in *Conſtit. lege præſenti ſub tit. de dand. aduoc. pupil. num.* 8. inquit enim, *& ità declarauit mihi Dux Calabriæ quando me elegit in Aduocatum pauperum, ſed illud officium non acceptaui.*

4 Fuit poſteà creatus Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ a Rege Ferdinando Primo an. 1489. vt habetur in Reg. *priuileg.* 4. *dicti Regis in Regia Cancell.* ipſe quoque id affirmat, dum ait *in proam. Conſtit. Regni n. m.* 8. *nouas quæſtiones declarare decreui, quæ ab annis quadraginta occurrerunt, tùm in Magna Curia Vicariæ, quando fui ibidem Iudex tempore Regis Ferdinandi Primi, quàm in Sacro Conſilio, in quo vt vnus ex Regijs Conſiliarijs, licèt minimus ſedi per longiora tempora.*

5 Creatus poſteà fuit Præſidens Regiæ Cameræ Sũmariæ ab eodem Ferdinando Primo an. 1491. vt in Reg. *priuileg.* 7. *dicti Regis Ferdinandi Primi* 1491. *fol.* 34. *in Regia Cancell.* ipſe etiam id teſtatur in *Conſtit. Officiales ſub tit. de offic. Reip. num.* 2. ſic: *& dum eſſem Præſidens in Regia Camera Summaria tempore Regis Ferdinandi Primi*, & in *Conſtitut. Officiorum periculoſa ſub tit. de offic. Mag. Camer. num.* 13. *tempore quo eram vnus ex Præſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ deputatus à Rege Ferdinando Primo.* Poſtea fuit Regius Conſiliarius Sanctæ Claræ an. 1496. vſque ad 1502. quo iterùm tranſlatus eſt ad eandem Regiam Cameram; ait enim in *Conſtit. Magiſtros fundicarios ſub tit. de offic. Magiſtr. fundic. num.* 6. *tempore quo etiam Præſidens in Regia Camera Summariæ fui die* 7. *Ian.* 4. *ind.* 1502.

6 Deindè rurſùs reuerſus ad Sacrum Conſilium an. 1503. ibique conſedit vſque ad an. 1507. in quo amotus fuit a S.C. a Ferdinando Rege Catholico dùm Rex Neapolim commoraretur, ſub colore, quòd paululùm deliraret, quòd verè non erat, vt idem Afflict. pluribus in locis innuit; ac de eo conqueritur.

Digitized by Google

7 Et primo in *proam. eius dec.* S.C.quæ excuſsæ fuerunt an. 1504. quod quidèm proœmium tempore Regis Catholici conſcripſit; dùm enim ibi ait de operibus ab eo conſcriptis,iiſque perficiendis,& abſoluendis,ac in lucem edendis, ſic ait: *Cogitaui,& meditatus ſum poſt ſiniſtros caſus meos in mea hac vacatione opera mea, quæ probari poſſunt,& quæ non*;& in *proœm.Conſtit. Regni num.*7.& in *Conſtit.Nihil veterum ſub tit.de offic. Mag.iuſt. & iud.M.C. num.*2.& alibi.

8 Legit autem in gymnaſio Neap. Regni Conſtitutiones, vt omnibus ſignificaret, dilucidèque oſtenderet ipſum non delirare. Multos poſt annos creatus iterùm fuit Iudex Magnæ Curiæ in an.1512. pro vno anno incipiendo a die primo Martij, & deindè ad Regium beneplacitum,vt ex Regia Cancell.idemque Afflict.*in Conſtit. Cum per partes Apuleæ ſub tit.de animal.in paſc.aſſidan.n.6.* ait: *& ità cum alijs Iudicibus M.C. V. iudicaui præſenti anno* 1513.

9 Pro ſua verò nobilitate,ac felicitate, quæ ſcripſit, vide in *Conſtit. Si quis aliquem ſub tit. de ſpoliantibus hominem*,& in *Conſtit.Poſt mortem ſub tit.de morte bar. num.*32. ac in *Conſtit.Ad laudem ſub tit.de euitanda iactantia nu.*4.

10 Obijt autem Neap.an.1523. & in Sanctæ Mariæ Montis Virginis æde ſepultus eſt, vbi ſacellum conſtruxerat, & hæc legitur inſcriptio,relata quoque a Swertio *in monum.Neapol.*& ab Engen.*fol.*306.

Mazzeus de Afflicto nobilis Neapolitanus
Ad extremam ſenectutem integra, &
animi, & corporis valetudine peruenit,
ſub quinque Neapolitanorum Regibus ſe
fide-

Digitized by Google

fidelem Conſiliarium geſſit. Vtriuſque Iuris peritiſſimus, de feudis, de Regni Conſtitutionibus copioſiſſimè ſcripſit. Multa, ſcitiſſima Conſilia reliquit. Annum agens ferè octogeſimum, naturæ conceſſit.

11 Edidit Magnum Cõmentarium ſuper feudis, cum feudalia iura in Neapolitana Cathedra publicè explicaret Ferdinandi Primi Regis conductus ſtipendio, quæ an. 1475. eſt aggreſſus, vt ipſe ait in proœm. eius librorum *ſuper feudis num.6.* & 1480. abſoluit, vt idem teſtatur *in cap. ſi quis de feud. dato in vicem legis Com. num.49. & in cap. ſi inter dom. ſub tit. de inueſt. feud. num.5.* iſque primus fuit, qui in Neapolitano gymnaſio feudales leges per ordinẽ legerit, vt ipſe in proœm. *feud. nu.5.* ait; excuſſi autem ſunt ij ſuper feudis commentarij, tribus voluminibus diſtincti Venetijs an. 1543. & 1547. partìm apud Aurel. Pincium, partìm verò apud Thomam Ballarinum in fol. & plurièś varijs in locis, ac temporibus recuſi.

12 Confecit deciſiones S.R.C. Neapolitani ſuo tempore in contingentibus cauſarum forenſium controuerſiis editas, orbi toti notiſſimas, quas ſuæ Patriæ Neapolitanæ Vrbi dicauit, excuſsæ ſunt autèm Neap. 1509. apud Io: Antonium de Caneto Papienſem in fol. reg. Michaelis Afflicti Triuẽti Comitis, & Magni Camerarij Locumtenentis eius conſanguinei cura, ac ſumptibus; Mattheo tunc in Hiſpania, in Curia Ferdinandi Catholici Regis agente.

13 In quibus quidèm deciſionibus Afflictus, ne dùm cauſarum diffinitiones ab eodem S.C. & Regia Camera, editas, eo tempore quo is eidem S. C. vnus ex Senatoribus,

bus, vel Regiæ Cameræ Summariæ tanquàm Præſidens adfuit exarauit; verùm etiam aliquot alias paulò antè eũ editas,quas ipſe dignas cenſuit,vt poſterorum memoriæ, ac inſtructioni traderentur.Recuſſæ ſunt autèm varijs in locis,formis,ac temporibus.

14 In eas Afflicti deciſiones,aliquot Regnicolæ I. C. luculentas, doctaſque explicationes, additiones conſcripſere, nempè Thomas Grammaticus, Io: Angelus Piſanellus,Marcus Antonius Pulucrinus, Proſper Carauita, Cęſar Vrſillus,& Hieronymus de Martino; in quibus Vrſillus valdè præſtitit, quæ quidem additiones iam in lucẽ prodierunt.

15 Edidit Commentarium, ſiuè lecturas in Conſtitutiones Regnorum vtriuſque Siciliæ Citra,& Vltra pharum,& in lucem emiſſum an.1517.in oppido Tridini dominij Domini Guilielmi Marchionis Montis Ferrati, ex officina Ioannis de Ferrarijs, aliàs de Iulitis in fol.deindè recuſſum Mediolani 1523. apud Auguſtinum de Vicemercato in fol.& alibi.

16 Scripſit tract.de iure Prothomiſeos, ſiue de iure congrui, qui eſt Commentarius ad Conſtitutionem Regni editam a Federico Secundo Imperatore, & vtriuſque Siciliæ Rege,quæ incipit *Sancimus ſub tit.de iure prothomiſeos*,cum eam Conſtitutionem Afflict. *in Neapol.Cathedra an.*1479.explanaſſet,qui pluriès excuſſus eſt,etiam cum tractatibus iuris ciuilis;& nouiſſimè cum addit. Franciſci Rummi I. C. Neap. in fol. ex Typographia Iacobi Gaffari 1654.

17 Elaborauit quoque Afflict. conſilia legalia, & allegationes in cauſis,vt ipſe in præfatione ſuarum deciſionum affirmat,eaque multis in locis citat, & ad illa ſe remittit, nempè *in tit.de ſucceſſ.feudi,verſ. hoc quoque nu.*32. vbi conſilium, quod annis præteritis in Regno Sardiniæ

ſcri-

ſcripſerat,allegat,nempè *conſ.*401. & alibi; habetur quoque eorum conſiliorum mentio in eius ſepulchrali monumento ſuperiùs relato.

18 Scripſit etiam multarum legum repetitiones, ſcil. Commentaria, vt ipſemet in præfatione ſuarum deciſionum teſtatur: ex quibus nullam adhuc vidimus; quas autem leges repeticrit,ignoramus,præter eas ad quas in ſuis operibus ſe remittit,nempè in *rub.Conſtit.de num. bajulorum*,remittit ſe ad ſuàs recollectas *in l.quicumque*,C.*de apocis publ.lib.*10.in Conſtit. *Caſtellani num.*6.*&* 7. remittit ſe ad ea, quæ dixit *in repetit.l.nemo carcerem*,C. *de exactoribus tribut.lib.*10.*in cap.*1.*quæ ſint reg.in ver.& dimidiũ theſauri nu.*1.remittit ſe ad id,quod dixit *in l.*1. C. *de theſauris lib.*10.in Conſtit. *ad legitimam num.* 3. remittit ſe ad id,quod dixit *in cap.cum non ab homine de ſent. excom.*

19 Scripſit item Afflict.*ſuper inſtitutionibus*,vt ipſe ait *in tit.quib.mo.feud.amic.num.*19.*& in* §.*item ſi quis feudum num.*21.conſcripſit etiam (vt ipſe refert in Conſtit.*diſputare num.6.ſub tit. vt nullus ſe intromittat in factis,& Conſilijs Regis.)* Tractatum *de Conſiliarijs Principum,& Officialibus eligendis ad iuſtitiam regendam, ac eorum qualitatibus, & requiſitis*, quem Ferdinando Seniori inſcripſit, ac tradidit.

20 Officium tranſlationis Corporis Sancti Ianuarij Martyris,& præcipui Neapolitanorum Patroni, elucubrauit, vt ipſe inquit in Conſtit. *Terminum vitæ num.*47. *tit.de homicid.punien.* & in Conſtit. *Si quis aliquem num.*5. *ſub tit.de ſpolian.hom.*Oliuerij Carrafæ S.R.E. Cardinalis Neapolitani rogatu; ſumpta occaſione,quod eius glorioſiſſimum corpus e Sacro Montis Virginis Cœnobio Neapolim Romano Pont.annuente an.1497.ſollemnitèr trãſlatum fuit; idque officium a Curia Romana approbatum extitit,vt ibidem Afflict.ait.

21 Eiuſ-

Digitized by Google

21 Eiuſdem Afflicti lecturæ ſuper ſeptimo Codicis habetur in opere magno ſingularium diuerſorum Doctorum per Gabrielem Saraynam collectæ,& typis datæ an. 1560.vt ex Bibliotheca *Claſſica fol.* 463. ſcripſit librum *de priuilegijs Fiſci*, cuius meminit Io: Baptiſta Zilectus *in ſuo ind. librorum legalium.*

22 Sed iſta tàm magna ingenij felicitas, ac ſumma eruditio,quæ in Mattheo effloruerunt,indignis æmulorũ aculeis vacare non potuerunt;non enim defuere,qui tùm eo viuente;tùm poſt eius mortem,ipſius doctrinam, ac libros, ne dũ impugnare conati ſint, ſed deriſerint plùs laboris,quàm ingenij ei tribuentes. (Abſtineat a libris,qui abſtinere nolit a maledictis.)inter quos Sigiſmũdus Loffredus,Thomas Gramaticus,Bartholomæus Camerarius, alijque.At idem Afflict.pluribus in locis ſe ab æmulis,ac odioſis vexari teſtatur,atque deplorat.

23 Et quo ad librum ſuper feudis pertinet, Sigiſm. Loffred.eius hoſtium anteſignanus *in conſ.* 17. *nu.* 53. *cum ſeq.& in cap.*1.*Imperator Lotharius in* 2.*col. Andreæ, & in cap.Imperialẽ,ver.per prædictum*, taxat illum quòd quamuis fuerit laborioſiſſimus, parui tamen fuerit ingenij; ac tanto liuore doctrinam eius ſuper feudis paſsim refellit, illumque arguit, quòd ſæpiùs per argumenta generalia procedat.

24 Camerarius quoque *in cap.Imperialem lit.*G.*fol.*6. ait *Afflictum ſtudio,& ſenio defeſſum,Andream de Iſernia nõ intellexiſſe*,& ibidem *lit.*K.*fol.*44.*& lit.*C.*fol.*164. & alibi ſæpè ſpernans eum,eiuſque doctrinam, *bonum ſenem*, per Ironiam, appellat,*& in cap.præterea lit. A.fol.* 96. ait *Affl. in proœm. feudorum,nil boni ſcripſiſſe.* At perfecta laus eſt, quæ ex inimici ore prouenit; & Camerarius non poteſt, non aliquando fateri ſummam Afflicti doctrinam,ac eruditionem.Is enim Camerarius *in d. cap. Imperialem lit.*H. *fol.*85.

fol. 85. vocat *Mattheum Afflictum Virum planè litteratiſſimum, & noſtra, & præcedenti ætate præſtantiſſimum*, imò multis in locis Afflicti doctrinam, tàm in feudis, quàm in deciſionibus probat, & ſequitur.

25 Et licèt Afflictus in aliquibus locis (ſecundum eos) in feudis errauerit; non tamen ſic acritèr dilacerari debet, & inter ſupremos feudiſtas adſcribi non demeretur. Antonius enim Capycius vir irrefragabilis, ac sũmus feudiſta, Loffredi, & Camerarij in rebus feudalibus magiſter, *in ſua inueſt. feud. in cap. feudorum genera*, §. *ex pacto, & prouiden.* Afflictum, magnum feudiſtam, appellat.

26 Quò verò ad eius deciſiones ſpectat, non deſtiterunt etiam eos parui pendere, atque omnem eis auctoritatem detrahere conati ſunt, quòd idem Afflict. in Conſtitut. *Inſtrumentorum robur num.* 5. teſtatur; idemque Loffred. *in cap.* 1. §. *quæſitum eſt, de capit. qui cur. vend. ver. prima declaratio* ait: *eas deciſiones non eſſe S.C. & Afflicto ijs deciſionibus non eſſe credendum ex quo alitèr iudicatum fuit, quam Afflict. dicit*, eaſque deciſiones tùm ibi, tùm alijs multis in locis parui pendit, ac deridet, & præſertim *in conſ.*42. *in fine.*

27 Thomas quoque Gram. pluribus in locis citat Afflictum in deciſionibus, *quas Afflictus dicit eſſe S. C.* Camer. etiam paſsìm Afflicti deciſiones mordet, ac deſpicit, & *in d. cap. Imperialem lit. Q. fol.* 21. *a ter. hoc vnum impetrare velle*, ait, *vt nemo a Sacri Conſilij auctoritate commoueatur ex ijs Afflicti deciſionibus, cum ſint Afflicti verba, qui cum homo fuerit, poterit errare.* At vt prædiximus idem Camer. multotiès Afflictum commendat, eiuſque deciſiones citat, probat, & ſequitur. Idemque Gram. *in conſ.* 68. vocat Dominum Mattheum Afflictum *antiquiorem*, *& peritiſſimum virum, & Doctorem conſumatiſſimum.*

28 At re vera deciſiones hæ, demptis aliquot eius

Digitized by Google

toquis,quibus liuor ædax,atque animi paſſio ineſſe poterat,nemo eſt qui eas non laudet,obſeruet,& colat;omnes enim Regni Doctores veritate, ac æquitate antecellit, & rarò a veritatis,ac æquitatis tramite aberraſſe creditum eſt;quamobrem tantam auctoritatem in iudicijs, non in Regno dumtaxàt; ſed per omnem orbis ambitum nactæ ſunt,ſicuti legalem facultatem profitentes optimè norũt, vt ab illis facilè recedere, non abſque errore, ſed temerè fieri poſſe fatendum ſit;& auſim affirmare ab Afflicti ætate, ad noſtra vſque tempora e Regno, haud prodijſſe librum ad legalem facultatem pertinentem, qui fortè in vniuerſo Chriſtiano orbe,vel vtilior, vel celebrior fuerit Afflicti deciſionibus.Immò Theſaurus *in præfat.eius deciſionum num. 6.* deciſones omnes, quæ ex Senatibus, ac Rotis ex vniuerſo terrarum orbe prodierunt, tùm ſua ætate;tùm ſuperioribus omnibus ſeculis ſingillatim receſſet Principem,primum locum, palmamque Afflicti deciſionibus tradit.

29 Commentaria verò ſupèr Conſtitutionibus nunquàm ſatis laudata fuerunt, & maximo precio apud omnes,præſertim Regnicolas,habẽtur, ob doctrinæ copiam, ac ſoliditatem, quæ Afflictus ipſo viuente euulgari voluit.De his commentarijs loquens Iacobus Spiegel Seleſtadienſis *in nomenclatura iuriſperitorum*, qui in iure ciuili,& Pontif. nomen ſunt conſequuti, poſt eius Lexicon iuris ciuilis, ſic ait: *Mattheus ab Afflictis omnium iuriſperitorum calculis probatiſſimus,doctum legendum reliquit volumen Conſtitutionum Neapolitanarum, ex quo multa piſcatus eſt Caſſaneus Gallus, qui ſcripſit Commentarios Conſuetudinum Ducatus Burgundiæ,taxatur a multis ob id,quod non citarit auctorem ex ſententia I. C. in l.hæreditatum,§.fin. ad l. falcid.vbi text.probat occultatorem alienæ laudis eſſe ſimilem furi.*

30 Cæterùm ex Exteris qui Affictum celebrant, ac commendant ob eius doctrinam, & in legali diſciplina præſtantiam, nempè Arnoldus Ferron. Burdigalen. Regius Conſiliarius *lib.3.de rebus geſtis Gallorum*, a quo appellatur, *Afflictus probus vir, & iuris ciuilis ſcientia illuſtris iuſſu Ludouici 12.Gallorum Regis in Senatum allectus.* Nicolaus quoque Balbus Præſidens *in ſua conſ.55.num.13. inter conſilia feudalia diuerſorum*, appellat *Mattheum de Afflicto inſignem Doctorem.*

31 Thomas Baronus forsàn voluit ille ſcribere, *Nicolaus Baronus* a nobis ſuprà relatus, & ità ſemper adducitur *in Comp.Credenz.Saluatoris de Zizo an.* 1482.*&* 83.*in Arch.Reg.Cam.*

32 Pro Aloyſio Soler, & Nierio de Parcio alia monumenta non vidimus, pro ipſorum magiſtratuum elucidatione.

CAP. XIV.

IN *Comp.an.*1495.96.98.*vſque ad* 1500.*adſeruato in Magno Arch.Reg.Cam.a fol.*442.ità reperimus:

1 CÆſar Pignatellus Locumtenens Reg.Cam.
Io: Andreas de Cioffis.
Antonius de Alexandro.
Raynaldus Brancatius.
Berardinus de Marchiſio.
Io: Aloyſius de Altaldo.
Ioannes Pontanus.
Domicius Caracciolus.
Guilielmus Zapporta.
2 Pirrus Piſanellus.
Andreas de Pace.
Aloyſius de Raymo.

Simeon Caſolla.
3 Ioannes de Coſtantio.
Andreas Mariconna.
Antonius de Cappellis.
Troianus de Boctunis.
Antonius Rota.
Petrus Lupus.
Hieronymus de Mirabaliis.
Maczeus de Afflicto.
Nicolaus de Amanthea.
Franciſcus Coronatus.
Antonius de Ianuario.
Franciſcus Caracciolus.
Antonellus de Stephano.
Berardinus Galeota.

Animaduerſiones.

4 CÆſar Pignatellus miles Neap.Locumtenens Magni Camerarij ab an. 1498. ſub Rege Federico, vt *in Com.45.fol.23.in Arch.Reg.Cam.*

5 Io: Andreas de Cioffis nobilis Salernitanus, vt habet Beltran.in deſcript. Salerni; ſed *in Exeq.23*, an.1460. *ad 65*.per nos reperto in Archiuio Regiæ Cameræ dicitur *de Puteolis fol.97*.ità: *Ferdinandus Rex, &c. nobili, & egregio Viro Ioanni Andreæ de Cioffo de Puteolis legum Doctori Conſiliario, & fideli noſtro. Propter abſentiam egregij legum Doctoris Melchiorris de Marchia v: qui certo retro temporis ſpatio per nos , & noſtram Curiam Index penès Magiſtrum Iuſtitiarium, ſeù eius Locumtenentem, aut Regentem Magnam Curiam Vicariæ, eorumque Locumtenentem præſentem, & ſucceſſiuè futuros vna cum alijs Iudicibus, & Aſſeſſoribus Collegis Veſtris ibidem per noſtram Curiam ordinatis, & ordinan-*

dis

Digitized by Google

dis pro anno vno vſque ad noſtrum beneplacitum, &c. 1461. reperitur Præſes Regiæ Cameræ ab an. 1480. vt *in Comp. dicti an.in Arch.Reg.Cam.* & ſub hoc an.reponendus.

7 Antonius de Alexandro Neap. Patric. Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ an. 1484. vt in *Com.24.fol.44.in Arch. Reg.Cam.* reperitur inter Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentes in an. 1488. vt in computo Iacobi Caualli prędicti an.in Archiuio Regiæ Cameræ: in Sancta Maria Montis Oliueti ſepultus iacet cum hac Inſcriptione:

Antonij de Alexandro, & Magdalene Ricie coniugum
Quos Deus coniunxit homo non ſeparet.

Et in alio latere.

Antonius de Alexandro I. C. ad ſuas, & ſuorum reliquias, quo vſque omnes reſurgamus reponendas, ſacellum hoc conſtruxit, & Redemptori noſtro dicauit. An. M.CCCC.LXXXXI.

Ità corrigendi Cæſar de Engen. *in Neap. Sac.fol.* 508. & Franc.Suuert.*in ſelect.Chriſtiani orb.del.* qui Suuert. immediatè addit, poſt milleſimum.

Quo loco, quoue tempore fiat hæc migratio,
Quid intereſt? Vndique Chriſti fidelibus ad
Cœleſtia regna patet aditus. Sequētur autem
Me haud dubiè quicumque nō præceſſerint.

Quæ

Quæ Additio in vtroque lapide, & Antonij monumento, non reperitur.

8 Lector ſi Neapoli permanes, & legere mecum ſuprà poſitam Inſcriptionem ambiges, fac gratiam delicti Typographici, ſi illam in duobus verſibus ſimilitèr, ſicut eſt in loco præcitato, non inuenies; ſi verò exterus, longèque diſtas ab hac pulcherrima, & nobiliſſima Ciuitate, vide monumentum exactè ære inciſum apud Marcum Zuerium *in monumen. virorum illuſtrium fol.* 175.

9 Petrus Lupus de Neapoli Rationalis Regiæ Cameræ, vt in *Com.* 17. 1473. *fol.* 43. *a ter. in Arch. Reg. Cam.* ab an. 1444. erat quoque Rationalis, ſicut videtur in *Com.* 16. *fol.* 164. *par.* 2. *in eod. Arch.* inter Præſidentes verò an. 1496. & ſeq.

10 Nicolaus de Amato de Amanthea Præſes Regiæ Cameræ in an. 1496. & ità clarè legitur *in Comp.* 1498. *fol.* 435. *in Arch. Reg. Cam.*

11 Frãciſcus Coronatus Neapol. e Magiſtro Actorũ Regiæ Cameræ, Præſes eiuſdem in ſupra cit. an. 1496. vide eius Epitaph. in Engen. fol. 415.

12 Antonius Rota Præſes Regiæ Cameræ in *Comp. an.* 1496. *fol.* 442. 1498. *fol.* 435. *&* 1500. *fol.* 430. & ſuper ianuam maiorem peramplæ, vetuſtęque domus prædicti Antonij, propè Regium Sanctæ Claræ Templum, ità legitur:

Antonius Rota
Eques genere clarus
Cum e Sicilia rediſſet
Quo Ferdinandum Secundum
Ne fidei deeſſet, ſequutus fuerat

Arcum

Arcum marmoreum ab eo dono acceptum
Victori Regi dicauit
Recepta Patria, fugatis hoſtibus
M.CCCC.LXXXXV.

13 In *Comp.ſuprà cit.* 1498. *&* 1499. *fol.* 430. *hi* Præſidentes nominantur.
Pirrus Piſanellus.
Vitus Piſanellus.
Io: Aloyſius Coſtaldus.
Silueſter de Maſculis.
Bernardinus Galeota.
Andreas de Vrſo.
Hieronymus Miraballus.
Marcellus Gaczella.
Aloyſius de Raymo.
Nicolaus de Amato.

14 Et *in Comp.an.*1500.*Saluat.de Zizo fol.*430. inter Præſidentes actu ſeruientes, ſubſcripti repe-riuntur:
Hector Pignatellus Locumtenens Magni Camer.
Io: Andreas de Cioffis.
Pirrus Piſanellus.
Marcellus Gaczella.
Antonius Rota.
Antonellus de Stephano.
Silueſter de Maſculis.
Præſidentes verò non ſeruientes erant iſti:

15 Vitus Piſanellus.
Ioannes Pontanus.
Aloyſius de Raymo.
Andreas Mariconda.

Tro-

Digitized by Google

Troianus de Boctunis.
Antonius de Ianuario.
Maczeus de Afflicto.
Raynaldus Brancacius.
Io: Aloyſius de Actaldo.
Berardinus de Marcheſio.
Guilielmus Zapporta.
Berardinus Galeota.
Andreas de Vrſo.
Petrus Lupus.

16 Vitus Piſanellus fuit Præſes Regiæ Cameræ ſicut, & Pirrus, de quo ſupra egimus *in cap.* 2. *nu.*4.

17 En Viti monumẽtum in Sancti Laurentij Eccleſia,& ab Engen. quoque relatum *in Neap. Sac. fol.*116.

Vt viuas vigila. Hic exitus omneis
Longarum meta viarum.

Vito Piſanello ex antiqua orto familia Vtpotè cui Piſa in Acaya vnde ea eſt cognomen indidere, Federici Regis a ſecretis intimo, atque a latere Conſiliario, eique miſerrimis temporibus laborum, itinerum, periculorumque ſocio. Dein Ferdinando Regi Catholico, ob raram aduerſis in rebus fidem, Gallis Regnum inuadentibus acceptiſſ. Qui poſt receptam

Nea-

Neapolim Ann. agens LXXIII. in eius gremio mortalitatem expleuit. Andreas, Franc. & Mutius Nepotes Auo opt. & B. M. teſtimonium amoris, & pietatis xoluerunt funeratus Idib. Decembris MD.XXVIII.

18 Silueſter de Maſculis Theatinus ciuis, ſed e Villæ Magnæ oppidulo oriundus, à Theate tria milliaria diſtãte, fuit Regius Auditor in eadem Theatina Prouincia in an.1480.in numeratione verò Villæ Maynæ (ita ſe habet) an.1489.exiſtente in Archiuio Regiæ Cameræ *in Vol.Prouinciæ Aprutij* 1490.*fol.*330.

19 *Dominus Silueſter de Maſculis: cum Domina Pippa eius vxore, & tribus maioribus, v3. Aurelio, Angelo, & Nicolao Antonio ſolutis; & quinque filiabus, v3. Camilla, Victoria, Iacoba, Viola, & Dianora innuptæ cum Maſia Sclauona eius ancilla*; & in prima numeratione *ſub Rege Alphonſo Primo an.* 1446.*fol.* 350. *a ter.* ità: *Angelus de lo Maſculo viduus Maſius filius. Nella vxor Franciſca filia an.*10.*Antonius fil. an.* 7. *Palma filia infantula. Cincius frater Angeli, Iacoba vxor. Silueſter filius an.*8.*&c.*

20 In ipſius Silueſtri ædibus intùs Villam magnam adhuc legitur ſupèr ianua, ſequens Monumentum:

Silueſter de Maſculis iure conſultus Regius Conſiliarius Inuictiſsimi Principis Ferdinandi de Aragonia Ducis incliti Deditiſſimus. Has ædes Patriæ ornamento Sibi, Amicis, ac Poſteris ſtrui curauit.

Et in atrio domus ita legitur.

Diruta temporibus tandem domus ecce ſuperſtes
Surgit Aragoniis grandior auſpicÿs.

Io: Thomas Pomentarius. *Anno Domini* 1504.

21 Fuit in Regia Camera Summariæ Fiſci Patronus ſub eodem Rege Federico; & in ſeditionibus popularibus ſub eodemmet Rege inter Nobiles, & populares vrbis Neapolis vrgentibus, interfuit tanquàm vnus de quatuor deputatis Conſiliarijs Collateralibus, qui fuerunt, Antonius de Gheuara Potentiæ Comes, Vitus Piſanellus miles, & Regis a ſecretis; Aloyſius Palladinus miles, & Siluester de Maſculis Fiſci Patronus, vt in Reg. *Regis Ferdinandi* 2.1496.*fol.*54. *in Arch. Reg. Cam.* relato etiam a Ferdinando de Marra *in diſc. Familiæ Piſanellæ fol.* 295. & pro alio conſimili negotio, noſtro Syluestro commiſſo, ad eius maximum honorem, vide relata per Summontium *par.3.lib.6.fol.*530. *& inter capitula, priuilegiaque Neapolitana fol.*29.*& in Reg. Curiæ* 5.1495.*&* 99.*Ferdin. ac Federici fol.*195. *& Curiæ* 1.1496.*fol.*41.49.*&* 50.*in Regia Cãcell. & in lib.* 5.*Inferni Magnæ Curiæ Vicariæ an.* 1498.*fol.* 169.

22 Fuit quoque Præſes Regiæ Cameræ Summariæ, vt ſupra notatum eſt, & a Rege Federico ſub die 28. Maij 1498. obtinuit prò ſe, & hæredibus ſuis in perpetuum, ac in feudum cùm mero, & mixto imperio Villam Araneam, & Sancti Ioannis Roccam in Prouincia Aprutij, vt in Reg. *Quintern.* 1. *fol.* 259. & nouiſſimè in Magno Regiæ Cameræ Archiuio reperimus in *Vol.* 1. *original. Releuiorum Prouinciæ Aprutÿ* ſign. *in Cam.* 2. *A. ſcanz.* 4. *num.*11.*fol.*281.*&* 283. petitionem tenoris ſequentis.

23 *Com-*

23 *Comparet vir nobilis Notarius Franciſcus de Contentis de Villa Mayna Prouinciæ Apruty Citra nomine , & pro parte nobilium mulierum Laurentiæ, Victoriæ, Iacobæ,& Dianoræ filiarum quondam Magnifici V.I. D. Domini Silueſtri de Maſculis de dicta Terra Villæ Maynæ , & etiam Iuliæ neptis dicti Domini Silueſtri filiæ quondam Angeli de Maſculis,& Mariolæ, & Pippæ ſimiliter nepotum prædicti quondam Domini Silueſtri filiarum quondam Nicolai Antonij de Maſculis, & nomine quo ſupra denunciat infra legitima tempora dictæ Regiæ Cameræ obitum dicti quondam Domini Silueſtri,&c.an.*1508.*in præſentata.*

24 Ioannes Aloyſius Artaldus Neapolitanus, Auerſana Ciuitate oriundus nobili loco natus, cauſarum priùs patronus inſignis; deindè ciuilis,& Pontificij iuris in publico Neapolitano gymnaſio interpres , fuit Præſidens Regiæ Cameræ Snmmariæ an. 1496. poſtmodùm Regius Conſiliarius S.Claræ an. 1503.vt in Reg.*priuil.* 1. *Magni Capit.fol.*61. *in Regia Cancell.* dein iterùm creatus fuit Præſidens Regiæ Cameræ die 15. Septemb.1506. vt in Reg.*priuil.*5.*Magni Capit.an.* 1506.*fol.*56. *in Regia Cancell.* quòd paucis menſibus perdurauit; reuerſus eſt iterum ad Sacrum Conſilium hoc eodem anno.Fuitque Pōtis in Samnio, ac Fragniti Dominus: tandèm obijt Neap. an. 1516. & in Sacra æde Sanctæ Mariæ Montis Oliueti ſepultus, in qua pulchrum marmoreum ſepulchrum cernitur,hac appoſita inſcriptione:

Io: Loyſio Artaldo Iureconſultorum ætatis ſuæ acutiſſimo, Pontis in Samnitibus, ac Fragniti Domino . Qui ciuile, Pontificiumque ius annis ferè XIV. Profeſſus,

Clientum aliquando cauſas egit, Mox inter Præpoſitos rationum Fiſci adlectus, rem ſumma moderatione tractauit. Demùm Sacri Collegij ſeptemuir litibus iud. annum agens LVIII. diem obijt. Scipio Minutulus hæres ex teſtamento F. An. M. D. XVI.

25 Berardinus Galeota nobilis Neapol. filius celeberrimi viri Silueſtri Galeotæ Regij Prothomedici huius Regni ſub Ferdinando Iuniore, cui Silueſter cariſſimus fuit, quem Matth. Afflict. *in deciſ.* 236. *num.* 5. vocat *Dominum Silueſtrum Galeotam valentiſſimum Doctorem in Philoſophia Prothomedicum Regis Ferdinandi Primi.*

26 Fuit autem Silueſter is Baro oppidi Caſæfrigidę, & vxorem habuit, vt Afflict. affirmat *in deciſ.* 120. *in prin.* Helenam Caracciolam nobilem Neapol. e Sedili Capuanæ, ex qua Silueſter plures ſuſcepit filios inter quos Bernardinum hunc, de quo agimus, qui cum eſſet I. C. inſignis ab Alphonſo Secundo Rege, Silueſtro Patre mortuo, creatus eſt Præſidens Regiæ Cameræ an. 1497. deindè an. 1505. & 1506. Magnæ Curiæ Iudex fuit, & 1518. inter Regios Conſiliarios Sanctæ Claræ cooptatus eſt, quod officium diù rexit: demùm extrema ſenectute cōfectus obijt an. 1540. & ſepultus in æde Sacra Sanctę Mariæ Annunciationis huius Ciuitatis cum hac Inſcriptione:

D.O.M.

D. O. M

Berardino Galeotæ Regio Conſiliario V.C. Andrianæ Lazzæ coniugib. Sanctiſſ. Marius filius Parentib. opt. ac incomp. Vixit alter An. LXXX: altera An. LXXV. MDXXXX.

CAP. XV.

1 MArcellus Gazella Caietæ Patricio genere ortus, ac Neapolim infans educatus iugitèr legibus incubuit, quibus longa cum exercitatione vacaſſet, Pontificij, ciuiliſque iuris conſultiſſimus effulſit: dein Doctoris gradu ſuſcepto, ac patrocinandi officio aſſumpto, Aduocatus inſignis emicuit, & inter cætera in eo ſingularis probitas, ac vitæ integritas elucebāt, adeò vt omnibus illius æui viris admirationem non modicam præberet.

2 Quamobrèm an. 1494. creatus Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ, in illo magiſtratu cum ſe maxima integritate geſſiſſet, Conſiliarius Sanctę Clarę a Federico Rege creatur an. 1496. hinc poſt tres annos eiuſdem Regis iuſſu ad Regiam Cameram Summariæ translatus, vbi per vndecim annos Præſidens conſedit; quapropter iterùm ad S.C. redijt an. 1510. & ſequenti an. 1511. Regens, & Auditor a Ferdinando Rege Catholico ad ipſius Regis latus adſiſtens. Hiſpaniamque profectus, ibi per multos annos commoratus, Neapolim reuerſus eſt an. 1522. vbi Regentis Regiam Cancellariam, quo vſque dùm vixit penès Viceregem munere functus eſt.

3 Fuit

3 Fuit autèm Marcellus hic Regiæ Cãmerę Summarię,Sacri Regij Conſilij,Regni Neapolitani ſydus fulgentiſſimum,tùm vitæ probitate,tùm humilitate, ſapiẽtia,ac doctrina coruſcans: fuit inquam vitæ probatę,adeò vt nõ auro,vel mętu, amore, precibns allici vnquam potuerit ad aliquid peragendum,quod ſibi iuſtum viſum non fuerit;& nihil vnquam per adulationem,& gratiam locutus, vt ex infra dicendis clariſſimè patebit , quòd Mattheus Afflict.eius coęuus,& collega innuit *in deciſ.* 234. *num.*2. his verbis : *Dominus Marcellus de Gaieta Regius Conſiliarius,quem diligo ob eius conſcientiam.*

4 Et licèt multas poſſemus ipſius res geſtas recenſere; paucas tamen referre intendimus; cum enim Sanctę Clarę Senator eſſet,inſtarẽtque nonnulli homines Ciuitatis , & Regni Neapolis Conſaluum Ferdinandi de Corduba virum inſignem (qui poſtea Magnus Capitaneus eſt nuncupatus)cogi ad ſoluendam non modicam auri ſummam , quam eis debebat, Marcellus requiſiuit priùs illum,& amicè monuit,vt creditoribus ſatisfaceret; cumque procraſtinantem citari iuſſit, ac ſeruato iuris ordine condemnauit,& quòd peius, iudiciali qua fungebatur authoritate, literas creditoribus conceſſit, quibus in bonis illum exequi fas eſſet.

5 Dubitans verò ne idem Conſaluus ſibi aliquid mali moliretur(erat enim Conſaluus vir bello illuſtris,ac fortis , quem Alphonſus iunior in ſui auxilium acciuerat contra Carolum Octauum Francorum Regem , qui Regnum inuaſerat) ſtatim Marcellus in Monaſterium Caſſinenſe ſe contulit,vbi tandiù cõmmoratus èſt, quandiù Conſaluum e Regno diſceſſiſſe audiſſet.

6 Conſaluus autem contra Marcellum ira, ac furore ſuccẽſus,paullò poſt Regno profectus eſt, perſoluta priùs creditoribus pecunia . Sed quod admirabile eſt (o Dei

opti-

optimi maximi ſummam bonitatem) idem Conſaluus potiſſima fuit cauſſa, vt is crearetur Regens Regiam Cācellariam an.1511.Rex Catholicus Conſaluum, qui ſecum in Hiſpania erat, exquiſiuit quem nàm legum Doctorem Regnicolam bonæ conſcientiæ, ac legali diſciplina eruditum Neapoli noſſet,illum enim vellet ad cœlum extollere, & penès ſuum latus habere, & Regentem creare.

7 Tunc Magnus Capitaneus Marcellum propoſuit, multaſque laudes,ac inſignia eius geſta, quæ Conſaluus iam cum Neapoli bis fuerat, viderat,& audierat;ſicque ſtatim a Rege Regens eſt electus an.1511.qua electione Neapoli promulgata menſe Iunij, omnes Regni Magiſtratus,& Proceres ſecum ſunt congratulati; præſertim verò Afflict. qui nimis accuratè reſponſum a Marcello tunc habitum perpetuæ nixus eſt tradere memoriæ, vt apud ipſum eſt videre in Conſtit. *Vt vniuerſis de ſeruan. indem.num.7.*

8 Cum igitùr Marcellus Hiſpaniam perueniſſet ab omnibus, & præſertim a Rege fuit ſatis honorificè ſuſceptus,a quo religioſo quodam cultu,vti vir potiùs, cœleſtibus,quàm terrenis rebus deditus magnoperè diligebatur, cum quo Rex ſæpiùs colloqui gaudebat, quo cum omnia ſua conſilia conferebat; compererat enim re ipſa vera eſſe,quæ de Marcello ſibi priùs relata fuerant.

9 Volens autem vice quadam idem Rex Catholicus noua quædam vectigalia imponere,Marcellum conſuluit, qui id fieri nequaquàm poſſe Suæ Maieſtati reſpondit; cupiens verò Rex id omninò(vrgentibus neceſſitatibus) exequi, alijs Marcelli Collegis commiſit, qui retulerunt id fieri poſſe,Marcellum affirmantes nimis eſſe ſcrupuloſum;Rex verò ait Marcello, eius collegas ſibi affirmaſſe id fieri poſſe: cui Marcellus reſpondit: *Cuperem optime*

Rex

Rex meos collegas id coràm me affirmare, vt ab eis rationem diſcerem,& profectò mihi nouam. Tunc Regis iuſſu coram eodem Rege hac de re differentes, idemque collegas aſſeuerantes, Marcellus comperit id nulla legum ratione ſuffultos dixiſſe, ſed ſolum niſos authoritate Pſalmi: *Placebo Domino in regione viuorum.*

10 Tunc omni qua decuit modeſtia, zelo iuſtitiæ cōpulſus eos viuis rationibus adeò refellit, ac conuicit, vt faſſi ſint coram Rege, *Salua conſcientia,& citra certiſſimum animæ detrimentum id fieri nequaquam poſſe*. Tunc Rex apertè cognouit quanti referat apud ſe Conſiliarios habere viridicos, vel adulatores.

11 Idem Marcellus, nec ad quorundam Procerum preces; nec ad ipſiuſmet Regis iuſſum, rem quandam aliquando facere voluit, eò quòd iniuſtè ſibi videretur; cūque Rex Catholicus hac de re Marcellum alloquens denuò illum requiſiſſet, Marcellus libentiſſimè inquit, faciam Veſtra Maieſtate id iubente; ſed veſtra Maieſtas in alio mihi morem gerat, precor; cui Rex, libentèr ait: mox Marcellus, veſtra Maieſtas per momentum horæ ad hunc cereum accenſum digitum applicet (erat autem noctis tempore) tunc Rex reſpondit, hoc nullo modo fieri poſſe, ne digitus aduraretur: tunc Marcellus oportunè Regis reſponſum nactus, ſubiunxit, ſi igitùr Veſtra Maieſtas digitum in hac cerea facula tenere pertimeſcit, & per momentum pictum ferè ignem ferre recuſat, quem in modum ego,& Maieſtas Veſtra Infernali igne cruciandi permanere perpetuò poterimus? quòd procul dubio continget ſi rem hanc iniuſtam effecerimus: tunc Rex non potuit non admirari,& viri conſtantiam,& probitatem.

12 Sed Marcellus vitæ probitati, profundam adiunxerat humilitatem; cum enim ob ſuos rariſſimos mores eum ad Sedilis Nidi nobilium numerum adſcribere vellent;

lent;infinitas illis nobilibus gratias retulit, & oblatum ſpontè ſibi honorem, ac munus ob ſuam humilitatem reſpuit: ſat ſibi eſſe credens Caietanæ Vrbis patricio genere ortum.

13 Geſtabat hic deforis longã togam prætioſi panni præ Regij quo fungebatur muneris decore, ac venuſtate; intùs verò veteres veſtes,ac ſciſſas;idque non ab auaritiæ fomite,ſed humilitatis fonte effluebat;opes enim quibus parcè ad ſui ſubſtentationem vtebatur,pauperibus largitèr erogabat.

14 Incolebat in Sancti Seuerini Monaſterio, vbi litigantium audiebat iurgia; in quo etiam Monaſterio vitam agebat ferè monaſticam, noctu ſurgens vna cum monacis ad matutinum : cui ſæpiùs aliqui eius Monaſterij fratres dicebant, ò te felicem,ac beatum quanta in te effulget humilitas: quibus Marcellus,imò vos felices,qui tot, tantaque bona propter obedientiæ virtutem, cui ſpontè vos ſubiugaſtis,promeremini.

15 Fuit inſupèr Marcellus vir ſtudioſiſſimus,& licèt ſacra pagina Sanctorum Patrum doctrina, alijſque bonis artibus non mediocritèr verſatus ; in legibus tamen doctiſſimus fuit, vt alter Bartholomæus de Capua vir celeberrimus cenſeretur inſurrexiſſe, quòd Matth. Afflict. *in Conſtit. Poſt mortem de morte Bar. num.*5. ait his verbis: *Lucas de Penna in l.1.C.de vend.rer. Fiſc.cum priu.com. lib.*10. *laudat Dominum Bartholomæum de Capua,dicendo quòd fuit vir mirabilis,& in officio reliquit ſucceſſorem,ſed non in virtutibus : iterùm ipſum laudat glorioſè In rub. de quæſtoribus lib.*12. *ego in hac tempeſtate do ſibi ſocium in virtutibus Dominum Marcellum Gazellam de Gaieta V. I. D. Generalem Auditorem penès Catholicam Maieſtatem perfectum meum amicũ, qui verè eſt ſucceſſor in virtutibus dicto Domino Bartholomeo,& ſcio quòd dico veritatem,quia expertus ſum.*

16 Et ad oſtendendum in quanta exiſtimatione pietatis, ac religionis Marcellus in Romana Curia, & apud Summos Pontifices haberetur, illud referre non pigebit, quòd cùm Adrianus Sextus Rom. Pont. qui ſedit anno 1522. Chriſtianitatem, ac vniuerſi terrarum orbis rempublicam Chriſtianam reformare decreuiſſet, ac totum eius animum vertiſſet ad tollendum a Chriſti Eccleſia tot abuſus, qui eam deformauerant; & intèr alia corrigere deſignans corruptos mores diſſolutæ Vrbis Romæ, & in totum infideles extirpare, ac ſeueriſſimè punire blaſphemiam, ſimoniam, vſuram, & ſpecialitèr ſodomiam, Romã acciuit Marcellum hunc noſtrum, & Ioannem Petrum Carrafam Archiepiſcopum Theatinum, duos dumtaxàt viros, ex toto orbe conquiſitos; ambos moribus verè Chriſtianis, grauibus, & maturis doctrinis ornatos.

17 Quorum conſilio in morum cẽſura, & rerum Eccleſiæ, quam Adrianus facere cogitabat, vteretur; eiſque in Palatio Apoſtolico incolatum dedit, vt Onufrius Panuinius in vita ipſius Adriani, quam ad Platinam in vitis Romanorum Pontificum ſuppleuit; & licèt idem Platina dicat id contigiſſe Marcello Caietano; tamen in vita eiuſdem Adriani, quam longè auctam ab eodem Panuinio, & veriorem Lucius Faunus in Italicam tranſtulit linguam, legitur, Marcellus Gazella de Caieta. Sed hæc Eccleſiæ, & vrbis, reformatio nõ ſucceſſit propter celerem Põtificis obitum, qui omnes has bonas cogitationes interrupit, ac fregit.

18 At Clemens Septimus an. 1524. paritèr ad eam reformationem delegit eundem Marcellum, vt ex hoc diplomate e Vaticano Regeſto deſumpto, cuius etiam originale perſpeximus: A tergo. Dilecto filio Marcello Gazzella Regio Conſiliario. Intùs verò.

19 *Clemens Papa VII. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtoli-*

cam

ſtam benedictionem.Intèr multas curas,& ſollicitudines, quas ex hoc paſtorali officio ſuſtinemus, quò nobis commiſſa eſt per Dei prouidentiam gregis ſui paſcendi, & cuſtodiendi cura,illa in primis noſtro animo infixa eſt, vt per lapſam ad iniquos vſus, & vehementèr contaminatam religionem Chriſti in puritatem,& ſplendorem priſtinum,quantum ipſemet concefſerit reſtituamus,quod negotium magni quidem eſt laboris, & conſily,propter penitùs auerſam,& detortam in contrariam partem deprauatorum morum,& corruptorum temporum conſuetudinem;ſed quo maior difficultas, & maius opus proponitur, hoc nobis Dei miſericordia fretis, & ipſius ope confidentibus, actior ad aggrediendum animus,et ad perſeuerandum firmior conſtantia ſuſcipienda eſt, vt & ipſius omnipotentis Dei benignitati erga nos grati eſſe poſſimus, & vniuerſæ rei Chriſtianæ, ac Chriſti fidelibus populis ſalutares; ſed quoniam tanti muneris tractationem ſine eorum miniſterio, qui & ſciunt, & volunt ea,quæ Dei ſunt gerere, & adminiſtrare commodè non valemus.Vocauimus quidem de longinquis regionibus Prælatos probos,et graues aliquot,quorum fide,et opera poſſimus vti. De te verò & de virtute, & pietate erga Deum tua nobiſcum reputantes te in primis aptum iudicauimus, quem adhibemus ad huius Dei grati,& accepti ſeruity functionem,atque vſum, cuius & audiremus ſententiam, & exerceremus integritatem, qua propter deuotionem tuam hortamur quidèm in Domino, ſed & ei in gratiam, honoremque Summi Dei iniungimus, vt hac voluntate noſtra, & ſtudio videndi tui, tecumque iſta communicandi ex præſentibus noſtris intellecto, cum primum commodum tibi fuerit ad nos, & ad Almam Vrbem hanc iter facere non poſtponas, vt quod ſemper cognouimus te deſiderare eius aliquando voti fias compos, vt quæ vel diuinitùs præcepta a Domino Deo ſunt,vel a maioribus noſtris ſanctè,& piè inſtituta multis,& prauis conſuetudinibus reiectis, in veterem, & debitum honorem reſtituantur,& ad meliorem obſeruantiam,

redigantur. Tu temetipſum nobis promptè offerendo, rem efficies, vt te quidem optimè intelligis, Deo maximo acceptiſſimã, vt verò nos tibi confirmamus etiam nobis vehementèr gratam. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 17. Septembris 1524. Pontificatus noſtri anno primo.

Io: Sadaletus.

20. Erat Ioãnes Petrus Carrafa, quem illi in Collegã in Chriſtianę Reip. reformatione Adrianus Papa dederat, in omnium bonarum artiũ, & diſciplinarũ genere, & pręſertim ſacris literis erudiriſſimus: linguas item latinam, græcam, & hebræam accuratè callens, quibus a teneris annis vitæ integritatem adiunxerat; quamobrem Marcellus ad Catholicæ Maieſtatis aulam ſe conferens, Ioannem Petrum ſecũ duxit, eumque Regi, alijſque Curię illius proceribus notum reddidit; qua propter Io: Petrus nunquam Marcelli laudes, & res geſtas enarrare ceſſabat. Præſertim autem poſt mortem Marcelli, Summus Pontifex iam factus, qui ſiue commendaret, ſiue aliud quid faceret, abſtinere nullo pacto poterat, quin aliquod bonitatis exemplum, & vitæ Marcelli adſtantibus non recitaret, quemadmodum Antonius Carrafa S.R.E. Cardinalis eius Pontificis nepos, qui propter tot, tantaſque laudes ab eo Pontifice eius patruo quotidiè celebratas, factus huius viri deuotus, eius vitam conſcripſiſſe fertur, eiuſque imaginem a Ioanne Bernardo Lama Neapolitano pictore inſigni, exemplari ſtudiosè curauit ab eius effigie, quæ eſt in clauſtro Monaſterij Sancti Seuerini in penultimo Sancti Benedicti miraculo, vbi ad viuum Marcellus is eſt expreſſus vna cum Ferdinando Rege Catholico ſub effigie Totilæ Gothorum Regis, & Hieronymo de Colle Regiam Cancellariam Regente, ac Marcelli imagini, Beati nomen appoſuit.

21 Hæc autem, quæ de Marcello ſcripſimus a ſenibus

bus

Digitized by Google

bus compluribus patribus,& præſertim a D.Seuerino de Neapoli Abbate prædicti Monaſterij Sancti Seuerini, qui ſeptuaginta circitèr ab hinc annis deceſſit, (habuit Bartholomæus Chioccarellus I. C. operoſiſſimus a quo nobis perhumanitèr communicata fuere,)& fuit illius familiaris,& ingenuè faſſus eſt prædicta omnia vera eſſe.

22 Cardinalis quoque Paulus de Aretio Archiepiſcopus Neapolitanus, qui Regius Conſiliarius fuerat, cū virum hunc optimè nouiſſet, eiuſque deuotiſſimus eſſet, eius imaginem pingi fecit ex eodem Monaſterio, ac ſummè charam habuit. Obijt autèm Marcellus an. 1527. cum magna bonitatis opinione, & ſepultus eſt in eadem Sancti Seuerini Eccleſia cum alijs fratribus.

23 Afflict.*in deciſ.263.num.2.*mentionem facit Marcelli Gazellæ Regij Conſiliarij, ac miror vbicunque eius meminerit ſempèr eum appellare *Marcellum Cancellam*, cum re vera,Gazella cognominaretur,quòd librariorum, & impreſſorum incuria, ac vitio effectum eſſe credidèrim.Sigiſm.Loffred.*conſ.*17. *num.* 63. meminit Marcelli Gazellæ olim Præſidentis Regiæ Cameræ Summariæ, & poſteà effecti Regentis Regiam Cancellariam viri probatiſſimi,& ſummæ eruditionis.Thomas Gram.*conſ.* 97.99. & 129.in fine,mentionem facit Marcelli Gazellæ Regentis Regiam Cancellariam.

☞ Reliquos omnes Regiæ Cameræ Præſidentes ab an. 1500.vſque ad præſentem diem,in Tertia Parte,Deo fauente,dabimus.

Libri Quarti,& Primæ Partis Finis.

Digitized by Google

Monumenta, ſeu Regeſta Regia a proprijs originalibus, deprompta.

ROBERTUS Dei Gratia Rex Ieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuleæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ, & Forcalquerij, ac Pedimontis Comes. Capitaneis Guaſti Aymonis, Lanzani, Ciuitatis Theatinæ, Montaneæ Amatricis, Goneſſæ, Terami, Ciuitatis Ducalis, & Sancti Flauiani futuris ab anno primo futuræ ſeptimæ ind. in anteà fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Beneplaciti noſtri eſt, & fidelitati veſtræ, ſub pœna vnciarum auri quinquaginta a quolibet veſtrum qui ſecus indè fecerit tempore ſui ratiocinij pro parte Curiæ exigenda de certa noſtra ſcientia firmitèr, & expreſsè mãdamus quatenùs quilibet veſtrum anno quolibet a principio dicti futuri anni 7. ind. in anteà numerando officij ſui tempore vnc. auri decem, quòd officiales debent quolibet anno mittere expenſori Magiſtrorum Rationaliũ, ac de põdere generali de pecunia prouentuũ officij . . . per manus ſuas mittat, & aſſignari faciat pro parte dictę Curię, & recipiatur ab expẽſore fiſcalis pecuniæ in officio rationum per eum vna cum alia prouentuum pecunia deſtinanda ſimilitèr per Iuſtitiarios, ac alios Capitaneos Regni in ſupplementum ſatisfactionis gagiorum Magiſtrorum Rationalium Magnæ noſtræ Curiæ, Auditorum, Archiuariorum, Notariorum, Scriptorũ, & aliarum perſonarum deputatarum ad ſeruitia noſtra in eodem officio rationum: recepturi ab eo exinde ſuis vicibus apodixam, non obſtantibus executionis pręſentium ordinationibus, ſeu mandatis quibuſcumque contrarijs noſtris Sanciæ noſtræ Conſortis cariſſimæ Ieruſalem, & Sici-

Siciliæ Reginæ in contrarium forſitàn factis; & eo mandato noſtro præcipuè facto vobis ſub data in caſa ſana propè Caſtrum Mare de Stabia die vigeſimo præſentis menſis Auguſti huius 6. ind. de omni fiſcali pecunia ad noſtram Cameram deſtinanda, nec de ea quacumque ſoluendo alicui, vel alitèr retinendo, cum omnino volumus præſens mandatum noſtrum per nos executioni debitæ demandari, præſentes autem literas earum tranſumpto per noſtrum ſigillum in publica forma recepto, reſtitui volumus præſentanti. Quarum quidem tenorem quolibet tempore ſuæ depoſitionis aſſignet ab officio ſuo inpendenti in eodem officio ſucceſſori ad ſucceſſores alios traditionibus demandandis, & per ipſorum quemlibet efficiatur obſeruãtia. Datum in caſa ſana propè Caſtrum Mare de Stabia in Camera noſtra. Anno Domini milleſimo trecẽteſimo trigeſimo octauo die 25. Auguſti 6. ind. Regnorum noſtrorum anno trigeſimo.

Ex reformatione Capitulorum ſub Regina Ioanna.

1 ARchiuarij verò omni diligentia eorum officia exerçeant, et tàm de manè, quàm de ſerò diebus nõ feriatis permaneãt in Archiuo, executuri fidelitèr mãdata Curiæ, et ipſorũ paritèr Dominorum, et ſint ſolliciti recipere tappeta a quibuſcumque officialibus, ſeu Cabellas habentibus finalitèr computare diuidẽda inter eos Magiſtros Rationales proportionalitèr, ſeu pro rata: itèm recipere baliſtas aſſignandas in Archiuo prędicto, et eas cum cõnſcientia dictorum Magiſtrorum Rationalium aſſignare Excellentiæ Regiæ nali.

Ca-

2 Caueãt,quòd de ſcripturis,priuilegijs,ac alijs quibuſcumque rationibus, ſeu monumẽtis,quæ publico ſeruantur Archiuo, nulli per eos fiat copia niſi de mandato Dominico concedatur, aut de expreſſa conſcientia Magiſtrorum Rationalium.

3 Itẽ vigilent omninò,quòd originales ſcripturæ,regiſtrationes,priuilegia,acta,ſeu monumẽta quæcumque, vt prædicitur,ad nullius,ſeu nullorum mandatum abindè extrahantur,poſt quam ibi poſita fuerint,et hoc intelligatur,tàm de præteritis,præſentibus, quàm futuris, et ſint ſolliciti recuperare cum cõſcientia ipſorum Dominorum illa,quæ dum non ſunt inibi aſſignata,etc.

4 Itẽ,quòd nullus ex prædictis Archiuarijs, Auditoribus,ſeu alijs quibuſcumque ſuperiùs nominatis, poſſit extra Ciuitatem Neap.pernoctare, niſi petita priùs,& in ſcriptis habita licentia a prædictis Magiſtris Rationalibus,aut duobus ex eis. Datum Neap.per Venerab. Patrẽ Rogerium Archiepiſcopum Barenſem Logothetam, & Prothonot.Regni Siciliæ anno Domini 1347. die 4. Ian. 14.ind.Regnorum noſtrorum anno 3.

Iacobus,& Ioanna Secunda.

5 DEi gratia Hungariæ, Ieruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Rex, & Regina, Marchiæ Caſtrenſis,Prouinciæ,& Forcalquerij,ac Pedimontis Comites.Vniuerſis,& ſingulis præſentes literas inſpecturis tàm præſentibus, quàm futuris. Licèt adiectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat, quod eſt firmum;confirmatur tamen interdum,quod robur obtinet, non quod neceſſitas id expoſcat, ſed vt confirmantis ſincera benignitas clareat, & rei geſtæ abundantioris caute-

la

Digitized by Google

læ robur accedat. Sanè claræ memoriæ Dominus Rex Ladiſlaus motus certis rationibus, Magiſtris Rationalibus Magnæ noſtræ Curiæ, Auditoribus, Archiuarijs, actorumque Notarijs dictæ Curiæ, & perſonis alijs ſub eis ad miſteria officij rationum, Archiui, ſeu Siclæ deputatis, ſuas indulſit, & conceſſit literas tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Ieruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ Seruiæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Rex, Prouinciæ, & Forcalquerij Comes. Magnifico Viro Magiſtro Iuſtitiario Regni Siciliæ, eiuſque Locumtenenti, nec non Iudicibus ipſius Curiæ Iuſtitiarijs regionum, Capitaneis, ac officialibus alijs, vz. per Regnum noſtrum Siciliȩ conſtitutis quacumque conſtitutione, ſeu appellatione vocatis, tàm maioribus, quàm minoribus cuiuſuis dignitatis, & adminiſtrationis, ſeu gradus, eorumque Locatenentibus præſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Congruit Regiæ gratuitati illos quos die noctuque, noſtro aſſiſtunt lateri Fiſci, ac publica negotia præcipuè pertractantes, dignis prærogatiuis extollere, & ſingularibus priuilegijs honorare, vt talentum honoris, & prærogatiuæ recipiant, qui accinti viuunt ad augumentum reipublicæ curioſè in obſequendis iuſſionibus noſtris inuitantur. Sanè non ſine ratione moti prædeceſſores noſtri Reges Illuſtres, attendentes grata, grandia, & accepta ſeruitia Magiſtrorum Rationalium Magnæ noſtræ Curiæ, qui circa fiſcalia publica, & priuatorum, ſemper prȩſtarunt, & prȩſtant accepta, & digna ſeruitia, eis conceſſerunt diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, & gratias, tàm in eorum perſonis, ac eorum etiã familiarium, & aliorum, qui ſub eis vacant circa diuerſa miniſteria Siclæ noſtrȩ, & officij rationum. Volentes veſtigijs eorumdem prȩdeceſſorum noſtrorum inhȩrere; ac

attendentes magna, & grandia ipſorum ſeruitia, quę nobis, noſtręque reipublicæ pręſtant ad pręſens Magiſtri Rationales ipſi,& quę ipſos ſperamus in anteà de bono in melius continuatione laudabili pręſtituros, motu noſtro proprio,ac mera,& gratuita voluntate,tenore pręſentium de certa noſtra ſcientia,& gratia ſpeciali eiſdem Magiſtris Rationalibus,Auditoribus,Archiuarijs,actorumque Magiſtris dictæ Curię,& perſonis alijs ſub eius adminiſterijs officij rationum,Archiuij, ſeù Siclę deputatis, confirmamus,ratificamus, & acceptamus, ac noſtrę poteſtatis, & auctoritatis pręſidijs communimus omnia,& ſingula priuilegia,exemptiones,iuriſdictiones, dignitates, immunitates,honores, pręrogatiuas, & gratias pręfatis Magiſtris Rationalibus,ac perſonis alijs conceſſas,tàm a dictis pręde ceſſoribus noſtris, quàm etiam a nobis per literas magno pendenti ſigillo pręſentibus ſpecialitèr cõfirmamus, & de nouo concedimus,quo ipſi digna pręrogatiua lętentur, quòd tàm ipſi Magiſtri Rationales, quàm Auditores, Archiuarij, actorumque Magiſtri, & familiares eorumdẽ Magiſtrorum Rationalium, tàm mares, quàm feminę, liberi,& hi, qui liberorum appellatione, legibus comprę henduntur, ex quacumque cauſa,tàm ciuili,quàm criminali,ſcilicet tàm in agendo, quàm in conueniendo, & accuſando ad petitionem partis, vel ex officio ad quorumcumque Tribunalia trahi, impeti, turbari, citari, vexari, aut quomodolibet moleſtari minimè poſſint, nec valeant niſi coràm Magiſtris Rationalibus prelibatis,dum tamèn modo ipſi qui per ſe,& eoſdem familiares,ſed liberos eorum tanguntur,ſed collegę alij, ſint in dictis cauſis eorum Iudices competentes; noſtra tamen iuſta in hoc declaratione ſubiuncta, vt illi familiares eorum intelligantur, qui eis domeſticè ſeruiunt, habitantes in eorum laribus, ſeu morantes extra domos, vacantes tamen in ipſorum

ſer-

ſeruitijs,in procurãdo ipſorũ bona,& iura,ac in eorũ alijs ſeruitijs ſeruiendo,volumus igitur vos,& veſtrum quemlibet ad quem ſpectat, ſeu ſpectare poterit in futurum, præſens noſtrum confirmationis,conceſſionis,& declarationis priuilegium tenacitèr obſeruare, & contra eius mentem,verba aut ſeriem nullo tempore venire temptetis,ſub obtemptu noſtrę gratiæ, & indignationis incurſu. Nos enim quicquid per vos contra prędicta eſt, & fuerit attentatum, ex nunc pro tunc decernimus vacuum, irritum,& inane,& nullius eſſe roboris, vel momenti, litteris,priuilegijs, & reſcriptis, decretationibus, cedulis alijs cuiuſuis continentię,vel tenoris factis,vel in antea faciẽdis pręſentibus in aliquo derogantibus minimè valituris, quantumcumque in illis eſſent clauſulę derogatorię, & etiam ſi in eis de pręſentibus de verbo ad verbum fieret mentio ſpecialis,cum noſtrę intẽtionis exiſtat illis actum, & firmum prępoſitum illis noſtra priuilegia firmia exiſtere,qui fideli, & conſtanti propoſito nobis ſeruiunt, & flexis cordis, & corporis genibus noſtram venerantur Regiam Maieſtatem, pręſentes autem literas poſt oportunam inſpectionem earum,ſi & quando opus fuerit, reſtitui volumus pręſentanti, in anteà valituras, quas magno noſtro ſigillo pendenti iuſſimus ſigillari. Datum Neapoli per Virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona II. Doctorem, & Magnæ noſtræ Curiæ Magiſtrum Rationalem Locumtenentem Logothetæ,& Prothonotarij Regni Siciliæ Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum: Anno Domini M.CCCC.II.die 17. Mẽſis Octob. 11.ind. Regnorum noſtrorum anno 16. ideò pro parte dictorum Magiſtrorum Rationalium, & aliorum ſuperius nominatorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt in abundantioris cautelæ ſubfragium eis ſupraſcriptas Regias literas,ac omnia & ſingula in illis contenta,& declarata no-

ſtro confirmationis præſidio roborare, obſeruarique iubeamus benigniùs dignaremur. Nos autem cum actis, & proindè geſtis dicti Domini Regis Ladislai confirmare volentes, ac intendentes præfatos ſupplicantes, qui circa dicta fiſcalia publica, & etiam priuatorum ſemper laborauerunt, & continuò ſe exercent, ac vacant quotidiè in noſtris obſequijs, & ſeruitijs condignis aſſiſtentijs, & fauoribus proſequi gratioſis eis ſic præſcriptas regias literas, nec non omnia, & ſingula in illis appoſita, & contenta, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, noſtręque auctoritatis, & poteſtatis præſidio communimus; mandantes propterea, vt ipſarum tenore expreſsè iubentes vniuerſis, & ſingulis officialibus in ſupraſcriptis regijs literis nominatis, & non nominatis vbilibèt per dictum Regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis, tàm præſentibus, quàm futuris quatenùs prædictis ſupplicantibus, & eorum cuilibet qui tangitur in præmiſſis ſupraſcriptas Regias literas, & contenta in eis, iuxta formam, & tenorem debeant obſeruare, & ab alijs effectualitèr obſeruari mandare in ſolidum ſpectat, & ſpectabit ad eos, nec contrarium faciant ſicut habent gratiam noſtram caram: in cuius rei teſtimonium præſentes literas fieri exindè fecimus, & magno communi Maieſtatum noſtrarum pendenti ſigillo iuſſimus communiri. Datum Neap. per virum Magnificum Franciſcum Zurulum de Neap. Comitem Montiſauri Logothetam, & Prothonotarium Regni noſtri Siciliæ Collateralem Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum Anno Domini 1440. die penult. Menſis Ianuarij 9. ind. Regnorum noſtri prædicti Regis anno primo, noſtræ verò præfatæ Reginæ anno ſecundo II. h. E. R. & R.

Ex

Ex Vol. priuil. Regiæ Siclæ fol. 12 a ter. & ſeq.

1 NOs Magiſtri Rationales Magnæ Regiæ Curiæ Neapoli reſidentes in Archiuo committimus tibi Petrucio de Maietta ſeruienti dictæ Curiæ, quòd peremptoriè ex parte noſtra requiras omnes ſubſcriptos nobiles Magiſtros Rationales, & Collegas noſtros, quòd die martis de mane octauo præſentis menſis, hora cauſarum, compareant in eadem Curia ad faciendum, & ordinandum certas idoneas ordinationes ipſius Curiæ, & decreta pro bono regimine, & cõmodo Curiæ ſupradictæ, cum intendimus dictas ordinationes, & decreta facere de conſcientia, & beneplacito omnium aliorum officialium collegarum noſtrorum pro regimine, & commodo Curiæ ſupradictæ, aliàs vbi non venerint, ac comparuerint in eadem Curia hora prædicta, procedemus ad faciendum, & ordinandum ordinationes, & decreta ipſa prout fuerit rationis, & prout conſuetum fuit, & eſt fieri, eorum abſentia non obſtante. Datum Neapoli die quinto Menſis Octobris 3. ind.

Nomina verò, & cognomina ſubſcriptorum Magiſtrorum Rationalium ſunt hæc, vz.

2 DOminus Gentilis de Merolinis requiſitus in domo.
Iudex Nicolaus de Petriccha requiſitus perſonalitèr.
Dominus Iohannes de Madio req. in d.
Dominus Nicolaus Muczapede, &

Do-

Dominus Iacobus Muczapede requiſiti in d.
Dominus Iacobus Mele req.perſonalitèr.
Dominus Thomas Scriniarius req.pers.
3 Dominus Antonellus de Caſtilion.in domo.
Dominus Blaſius Lacius p.
Iudex Carlucius Mollicellus p.
Iudex Anellus Criſconus in d.
Dominus Buffillus Ferrillus p.
Iohannes de Griffis p.
Dominus Maſius de Concordellis in d.
Anellus Aurilia p.
Monacus Zurulus p.
Gualterius Viola in d.
Nicolaus Criſpanus p.
Petrus Marinus p.
Nannulus Guaſtaferrus p.
Dominus Maffeus Imbriacus p.
4 Dominus Paulus Bulcanus in d.
Loyſius Siri ſalis in d.
Herrichellus de Lamberto p.
Lucas Bulcanus in d.
Iohannellus Bulganus p.
Franciſcus Caponus in d.
Lucas Ruſſus in d.
Iohannellus Siripandus p.
Iudex Iohannes Gambinella p.
5 Dominus Hector de Coſtantio p.
Petrichia in d.
Adenulfus Reya de Nolà.
Cubellus de Griffis p.
Dominus Marinus Pignatellus p.
Dominus Liſulus de Ligorio p.
Dominus Andreas Gactula p.

Ame-

Amelius Mormilis in d.
Sarapia Bonifacius p.
Robertus de Ligorio in d.
6 Maczeus de Afflicto in d.
Dominus Carolus Caputus p.
Petrillus Ferula p.
Gallina de Ligorio p.
Iohanellus Coppula in d.
Anellus de Tauro p.
Iohannellus Cicinellus p.
Dominus Georgius Carmignanus p.
7 Dominus Stephanus Ganga p.
Iudex Franciſcus Coppula in d.
Bartholomæus Magnocia p.
Iohannes Fagilla p.
Angelillus Sergente p.
Dominus Orlandus Orilia p.
Faczillus de Roſeto p.
Petrillus Brança p.
Dominus Raynaldus Scolaſtica in d.
8 Dominus Andreas de Rocco in d.
Dominus Nardellus Cicapijs in d.
Benedictus Pignonus p.
Loyſius Maccia p.
Nicolaus de Campanea p.
Milliczonus Funicella p.
Iohannes Quaranta p.
Liſulus Carmignanus p.

Die 8. Menſis Octobris 3. ind. Neap. prædictus ſeruiens retulit ſe requiſiuiſſe prædictos in forma prædicta.

Inter

Intèr quinquaginta inibi concluſa Capitula, reperiuntur ſubſcripta.

9 ITem quòd ſit licitum cuilibet Sedili Ciuitatis Neapolis,in quo ſunt Magiſtri Rationales eligere ad ſedendum in dicta Curia tot Magiſtros Rationales, quot homines Magiſtri Rationales ipſius Sedilis voluerint ad ſedendum in Curia ipſa , dummodò quòd ipſi eligendi non ſint plures quatuor pro quolibet Sedili.

10 Item quòd illi Magiſtri Rationales, qui electi sũt in dicta banca ad ſedendum pro ſex menſibus, quòd non eligantur ad ſedendum pro alijs ſex menſibus ſequentibus,& in caſu quo fuiſſent electi, aut aliquis eorum fuiſſet electus,ipſi electi, ſeu electus nullam vocem habeant, ſeù habeat in Curia ipſa tanquam Præſidentes,ſeu Præſidens,& quòd eligantur pro ſex menſibus tantùm, neque plùs,neque minùs;& ſi illi,qui fuerint electi,pro tempore prædicto eligerentur iterùm,etiàm eligantur de voluntate aliorum de platea nemine diſceptante,& quòd habeãt vocem ad præſidendum.

11 Item quòd præfati Reſidentes in banca ſemper debeant exquirere,& videre tam Ritum Curię,quàm omnia priuilegia, & literas ſiſtentes , & ſiſtentia in dicto Archiuo pro commodo Curiæ , quæ penès acta Curiæ conſeruantur,illaque vti,& conſequi , & ab illis non diſcedẽdo, prout meliùs, & aptiùs , ac commodùs fieri poterit, prout ſolitum fuit ſeruari.

12 Item,quòd præfati reſidentes mandent ſeruientibus dictæ Curiæ, quòd ſæpè ſępiùs veniant ad ſeruiendum continuatis temporibus, & diebus, quibus Curia regitur, eiſque prouideatur de gag js,& veſtimentis iuxtà conſuetum , ad hoc vt animentur ad ſeruiendum , &

illi

illi ſeruientes, qui non veniunt ad ſeruiendum, vt prędicitur, non gaudeant priuilegio dictę Curię, nec habeant gagia.

13 Item quòd illi Magiſtri Rationales, qui non ſunt ab antiquo, tàm ipſi, quàm eorum patres oriundi dictę Ciuitatis Neapolis, quòd non eligantur ad ſedendum in dicta Curia tanquàm oriundi de dicta Ciuitate Neap. ſed tanquàm exteri, & quòd ipſi exteri non poſſint ſedere in dicta Curia tanquàm Ciues, excepto, vbi haberent literas Regias, per quas eſſent effecti Ciues.

Regia Salis Cedula, ex eodem Vol. priuil. Regia Sicla fol. 30. a ter.

14 LAdiſlaus Dei gratia Hungariæ Ieruſalem, & Siciliæ Rex, &c. Nobili viro Nicoloſo de Dauidis de Ianua, nec non Cabellotis Cabellę Salis Ciuitatis Neap. & alijs ad quos infraſcripta ſpectant fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Quia Magiſtri Rationales magnæ noſtræ Curiæ Neapoli reſidentes, & officium Magiſtri Rationalatus inibi exercentes, ac nonnulli alij noſtri Officiales, inter alia iura eis debita, thumminos quatuor ſalis exhibentes eis, annis ſingulis per Cabellotos Cabellæ Salis prædictæ, ſoliti ſint percipere, & habere; idcircò intendentes, prout conſuetum eſt prædictum ſal ipſis, annis ſingulis, prædictis Magiſtris Rationalibus, & Officialibus qui præſentialitèr in dicta Curia reſident, & eorum exercent officia, ſicut decet, quorum nomina, & cognomina inferiùs adnotantur, aſſignentur omninò; fidelitati veſtræ, tenore præſentium, de certa noſtra ſcientia præcipimus, & mandamus quatenùs vos, & veſtrum quemlibet præſentes, & futuri ad

KK quos,

quos,vel ad quem prædicta ſpectant,& ſpectabunt, prædictos thumminos quatuor ſalis,pro quolibet dictorum Magiſtrorum Rationalium & officiorum, prout eſt ſolitũ, & conſuetum integrè & ſine tarditate aliqua aſſignetis, à quibus ſi opus fuerit de aſſignatione huiuſmodi recipiatis ſolitam apodixam, quam vobis vna cum præſentibus, ſeù ipſarum tranſumpto ſufficere volumus ad cautelam.

Nomina verò prædictorum Magiſtrorum Rationalium ſunt hæc v3.

15 Antonius de Tauro,Loyſius de Ligorio,Andreas Gaptula,Iohannes de Madio,Iohannes de Coſtantio de Putheolo Milites, Gualtherius Viola, Blaſius Lacius, Carlucius Mollicellus Iuriſperiti. Magiſter Marius de Concordellis,Magiſter Angelus de Campanea, Iohannes de Griffis,& Donatus de Aretio Legum Doctor loco & nomine Prothonotarij Regni Siciliæ; præſentes autem literas paruo noſtro ſigillo munitas, quas poſt earum opportunam inſpectionem,pro cautela reſtitui volumus præſẽtanti,vobis in præmiſſorum teſtimonium dirigentes. Datum Neap. ſub dicto paruo noſtro ſigillo die vigeſimo ſeptimo menſis Septemb. Decimæ Ind.

Pri-

Priuilegia omnia Magiſtrorum Rationalium, Regiæ Cameræ Summariæ per Regem Alphonſum Primum, attributa, quæ licèt referantur in pragm 1. de offic. Proc. Cæſ. in edit. Veneta an 1611. fol 25c. a t. & a Regente Fabio Capycio Galeota in to. 2. controuer. illuſtr. lib. 2. controu. 11. fol. 106. num. 2. ita tamèn veræ lectioni, ſunt reducenda, vt ab originali diplomate deprompſimus.

1 ALphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citrà & vltrà Farum, Hieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ: Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ; ac etiam Comes Roſſilionis & Ceritaniæ. Vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris, gratiam & bonam voluntatem. Supèr rationibus Regiæ Curiæ videndis, diſcutiendis & finalitèr terminãdis, prædeceſſorum noſtrorum huius Regni Siciliæ citrà Farum, Regum Illuſtrium, ordinationibus prouiſum extitit & indè vſque ad tempora bonæ memoriæ Domini Regis Ladislai ſeruatum, quòd rationes ipſæ in Camera per Præſidentes & Rationales ibidem ordinatos ſummariè viderentur, & reſtas liquidas exigendas Theſaurario, Magnus Camerarius, & Præſidentes ipſi, ſuis literis ſignificarent.

2 Indèque rationes ipſas Magiſtris Rationalibus

Magnæ Regiæ Curiæ remitterent, qui eaſdem indè reuiderent, diſcuterent, dubiaque indè aſſumerent, & finalitèr terminarent,& ſupèr quietantijs deindè fiendis cum Magno Camerario in eius hoſpitio conuenirent; ibique cum eiſdem Præſidentibus, & Rationalibus de quietantijs eiſdem deliberarent, ſicque eorum,& vniuſcuiuſque ipſorum officijs,& perſonis,tàm dictorum Præſidentium, & Rationalium quàm ipſorum Magiſtrorum Rationalium,& Officialium,& perſonarum in eiſdem officijs, & vnoquoque ipſorum interuenientibus , ſiuè miniſtrantibus,aut officia gerentibus plurima attributa,diuerſæ prærogatiuæ,iuriſdictiones,& priuilegia conceſſæ,& conceſſa fuerunt.

3 Deindè verò eiuſdem Regis Ladislai tempore introduci cæpit,vt rationes ipſæ in Camera per Præſidentes,& Rationales eiuſdem non modò ſummariè viderentur,ſed diſcuterentur,aſſumerenturque indè dubia, & finalitèr terminarentur,& per Magnum Camerarium cum eiſdem Præſidentibus, & Rationalibus quietantiæ , & omnia,quę ſupèr ijs ad Magiſtrorum Rationalium officiũ ſpectabant,expedirentur,& fierent;ſicque exindè hucuſque ſeruatum extitit;atque ſeruatur,Magiſtris Rationalibus de ijs ſe nullatenùs intromittentibus, ſicque cum in ijs, quæ Regiam Curiam, & eius commoda principalitèr contingunt,vtriuſque officium,ſcilicèt tàm Cameræ, quã Magiſtrorum Rationalium per officiales eiuſdem Cameræ,geratur;conſonum atque dignum eſt,vt officiales ipſi, & ipſius Cameræ officium,vtriuſque officij prærogatiua lętetur,& gaudeat.

4 Idcircò tenore præſentium, de certa noſtra ſcientia conſtituimus,volumus & ordinamus omnia, & ſingula Curiæ,& officio Magiſtrorum Rationalium,& perſonis ipſorum Magiſtrorum Rationalium,& officialium,& perſona-

ſonarum eiuſdem Curiæ hactenùs attributa,ſiuè conceſſa,& quouiſmodo ex priuilegijs,capitulis,vſu, conſuetudine,vel alitèr ſpectantia, & pertinentia, eidem Cameræ, eiuſque officio, ac Officialibus, & perſonis eiuſdem Cameræ omni futuro tempore competere, & eiſdem attributa,atque conceſſa cenſeri,prout eiſdem etiàm de præſenti attribuimus,atque concedimus,perindè ac ſi literæ, priuilegia,& ordinationes, atque capitula, & alia de dictis Magiſtris Rationalibus diſponentes, atque diſponentia de dicta Camera noſtra Summariæ, eiuſque Curia, & officio,ac Officialibus, perſonis, & miniſtris eiuſdem Cameræ expreſsè, & nominatim diſponerent, & loquerentur,prorogantes, & extendentes ad eandem Cameram, eiuſque Officialium, & Officiales, perſonas, & miniſtros eiuſdem,omnia,& ſingula Curiæ, ſiuè officio dictorum Magiſtrorum Rationalium, ipſiſque Magiſtris Rationalibus,perſonis,& miniſtris eorum officij,ſiue Curiæ hactenùs quibuſuis prædeceſſorum noſtrorum, priuilegijs, ordinationibus,capitulis,literis,ſiuè ſtatutis,ac vſu,ſtilo,ſeù conſuetudine,& alitèr quouiſmodo attributa, conceſſa, ſiuè acquiſita,cum iuriſdictionibus,prærogatiuis,libertatibus,& exemptionibus, ac priuilegijs, & alijs quibuſcũque dicto officio, ſiuè Curiæ Magiſtrorum Rationalium, ipſiſque Magiſtris Rationalibus, ac perſonis, & familijs eorumdem, officialibuſque, & miniſtris,officio, ſiuè Curiæ ipſorum quouis modo, & quibuſuis rationibus, ſiuè cauſis attributis,conceſſis, ſiuè acquiſitis.

5 Mandantes propterea illuſtri filio noſtro cariſſimo Ferdinando de Aragonia Duci Calabriæ, & in dicto Siciliæ citrà Farum Regio primogenito, & Locumtenenti noſtro Generali, noſtri Sacri Conſilij Præſidenti, cæteriſque de noſtro Conſilio,Magnifico dicti Regni Iuſtitiario, eiuſque Locumtenenti, & Regenti Magnam Curiam Vi-

tariæ,ac Iudicibus eiuſdem Curiæ, noſtriſque quibuſuis Vicemgerentibus,Iuſtitiarijs, Capitaneis Ciuitatum,Terrarum, & Caſtrorum, cæteriſque alijs Officialibus tàm maioribus,quàm minoribus quibuſuis, officio, & iuriſdictione fungentibus,eorumque Locatenentibus, & perſonis alijs quibuſcumque ſubditis, & fidelibus noſtris cuiuſuis conditionis,gradus,& dignitatis exiſtant,tàm præſentibus, quàm futuris, quatenùs præſentium ſerie per eos diligentèr inſpecta,illam eidem Cameræ, eiuſque officio,officialibus, perſonis, & miniſtris eiuſdem,prout ad vnumquemque ipſorum,quouis modo ſpectauerit,obſeruent,& faciant inuiolabilitèr, & inconcuſsè ab alijs obſeruari.

6 Nec contrarium faciant,aut fieri,vel attẽtari quouis modo ſinant,vel permittant, ſi dictus filius noſter nobis obedire cupit, dictique alij gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem, ac pœnam priuationis vniuſcuiuſque officiorum, & ducatorum mille a ſingulis contrafacientibus, vicibus eorum ſingulis exigendam, & noſtri Fiſci commodis applicandam, quam ipſo facto incurrere decernimus, cupiunt non ſubire; in cuius rei teſtimonium pręſentes literas exindè fieri, & magno pendenti Maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus communiri. Datum in Caſtro Nouo Neap. die 23. Menſis Nouembris 14. ind. anno a Natiuitate Domini M.CCCC.L. Regnique noſtri huius Siciliç citrà farum anno decimoſexto, aliorum verò Regnorum XXXVI. Rex Alfonſus. Dominus Rex mandauit mihi Aduardo Fonelleda,& viderunt Nicolaus Antonius Locumtenens Magni Camerarij, & P. Regij Patrimonij Generalis Conſeruator. Notata per Giliſortem penès Magnum Camer.

Ex

Ex Exequtoriale 17. anni 1442. vſque ad 1460. in Arch. Reg. Cam. fol. 408. pro Nicolao de Oſerio.

1 INnicus, &c. Magnifico viro Antonio Gazull Secreto, & Theſaurario Prouinciꝫ Aprutij, cꝫteriſq; Secretis, & Theſaurarijs, ad quos, ſeù quem prꝫſẽtes peruenerint, & ſpectabunt, prꝫſentibus & ſucceſſiuè futuris: Nupèr pro parte magnifici viri Nicolai de Oſerio de Neap. dictꝫ Camerꝫ Prꝫſidentis nobis prꝫſentatꝫ fuere Regiꝫ literꝫ in carta pergamena ſcriptꝫ, eius magno pendenti ſigillo ſigillatꝫ, alijſque ſuꝫ Curiꝫ conſuetis ſollemnibus validatꝫ, tenoris ſequentis: Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliꝫ citra, & vltra Farum, Valentiꝫ, Hieruſalem, Hungariꝫ, Maioricarum, Sardiniꝫ, Comes Barchinonꝫ, Dux Athenarum, & Neopatriꝫ, etiã Comes Roſſilionis, & Ceritaniꝫ: Magnifico viro Antonio Gazullo ſecreto, & Theſaurario Prouinciꝫ Aprutij, cꝫteriſque ſecretis, & Theſaurarijs ſucceſſiuè futuris, & alijs, ad quos, ſeù quem prꝫſentes peruenerint & ſpectabunt, Conſiliarijs, & fidelibus noſtris prꝫſentibus etiam, & futuris gratiam & bonam voluntatem.

2 Cum nos, ad alias noſtras literas, meritis & ſeruitijs magnifici, & dilecti Conſiliarij noſtri Nicolai de Oſerio de Neap. Camerꝫ noſtrꝫ Summariꝫ Prꝫſidentis expoſcentibus, prouiſionem annuatim, ſeù ſalarium vnciarum quinquaginta de carolenis argenti monetꝫ currentis in hoc Regno ad eius vitꝫ decurſum, & occaſione dictꝫ prꝫſidentiꝫ conſtituerimus per manus generalis Theſaurarij noſtri ſibi ſoluẽdarum, vt in dictis noſtris literis, ad quos, nos referimus hꝫc, & alia aſſeruntur contineri, & vt facilius,

liùs,atque habiliùs dictum annuum ſalarium , ſeù prouiſionem vnciarum quinquaginta de carolenis argenti habeat,& conſequatur ſit noſtrę intentionis, quòd ex nunc in anteà ipſa prouiſio annua, ſeù dictę vncię quinquaginta pro ſalario dictæ pręſidentię per nos, vt prędicitur ſibi ſtabilitę, ex nunc in anteà annis ſingulis ſuper iuribus ſalis Prouincię Aprutij focularibus diſtribuendi in tandis, & terminis per Curiam noſtram ordinatæ,v3. Medietatē, ideſt vncias xxv. de menſe Septembris proximi,& immediatè venturi anni ſextę indictionis,& reliquam medietatem,ſcilicet vncias vigintiquinque, de menſe Februarij dicti anni vj. Indictionis,& ſic deinceps annis ſingulis per manus quidèm Theſaurarij, & ſecreti noſtri prędicti ſibi aſſignentur,& perſoluantur.

3 De certa noſtra ſcientia,& expreſsè dictum annuū ſalarium , ſeù dictam annuam prouiſionem vnciarum quinquaginta prędictarum in, et ſuper iuribus,et introitibus ſalis dictę Prouincię Aprutij,commutamus paritèr, et aſſignamus, mandantes vobis dicto Antonio Gazullo pręſēti,et alijs futuris Theſaurarijs,et Secretis dictę Prouincię,quatenùs ad ſolam pręſentium oſtenſionem,nullo alio ſuper his à nobis expectato mandato , aut conſultatione eidem Nicolao, ſeù cui voluerit ſui parte de, et iuribus ſalis prędicti ad veſtras manus prouenīendis,quàm dum vitam duxerit in humanis,in tandis , et terminis ſupradictis incipiendo a dicto mēſe Septembris vj. indictionis prædictæ reſpondeatis, & reſpondere debeatis annis, & vicibus ſingulis,omni obſtaculo,contradictione,& difficultate ceſſante,& de his, quæ ſibi modo prædicto ſoluentur , vicibus ſingulis recipiatis more ſolito debitas apodixas de ſoluto;in quarum prima,tenor præſentium inſeratur , & in cæteris fiat tantùm mentio ſpecialis per vos præſentandas,& per magnum Regni huius Camerarium,

rium,ſeù eius Locumtenentem, Magiſtrum Rationalem generalem noſtræ Curiæ,Præſidentes, & Rationales Cameræ noſtræ Summariæ, & alios a nobis computa audituras,acceptandas,& admittendas, abſque nota cuiuſlibet quæſtionis, nullis cautelis alijs, proindè requiſitis.

4 Volumus inſupèr, & vobis eidem Antonio præſenti,& alijs Erarijs futuris,Secretis, & Theſaurarijs noſtris dictæ Prouincię,damus expreſſiùs in mandatis,quatenùs iam dicto Nicolao,ſeù cui voluerit ſui parte de prouiſione,ſeù annuo ſalario ſupradicto in tandis, & terminis ſupradictis reſpondeatis,& ſatisfaciatis annis ſingulis,modo prædicto,ſecundùm idem Nicolaus in dicto præſidentiæ officio ſeruiat,ſiuè non,cum certis rationibus, & cauſis mentem noſtram dignè mouentibus ſit intention s noſtræ,quòd annuam prouiſionem prædictam, ſeù dictum annuum ſalarium omninò Nicolaus ipſe habeat, & conſequatur,edicto,ſeù pragmatica per Curiam noſtram edita,eius more,ſalaria,ſeù prouiſiones qualitèrcunque non ſeruientibus,aſſignari prohibente,& alijs contrarijs quibuſcunque nullatenùs obſtituris, & contrarium non faciatis,quanto gratiam noſtram caram habetis,& pœnam mille ducatorum cupitis non ſubire;in cuius rei teſtimonium præſentes literas,exindè fieri, & magno pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri. Datum in Turri Octauæ,die ſexto menſis Iulij 5. indict. anno Domini 1457.Regni huius Siciliæ citra Farum, anno vigeſimotertio,aliorum verò Regnorum noſtrorũ 42. Rex Alfonſus. *Yo e leydo la preſente, y plazeme, que aſſi ſe faza.* Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Valerio: Villa per Magnum Camerarium, Petrum Mercader Theſaurarium generalem, & Ciccum Antonium Guindacium legum Doctorem pro conſeruatore generali, notata per

Giliſortem penès magnum Camerarium: Regiſtrata in Cancellaria penès Cancellarium,&c. Adeſt exequtoriale Regiæ Cameræ in forma.

Ex Exequtoriale an. 1445. vſque ad 1449. in Arch. Reg. Cam. fol. 247. pro Domino Arone Cibo.

6 FRācíſcus de Aquino Laureti & Satriani Comes, Regni Siciliæ Magnus Camerarius,&c. Nobilibus,& egregijs viris Ciarletto Gactulæ de Gaieta Magiſtro Portulano Prouinciæ Terræ Laboris, Antonello Rugio de Salerno Magiſtro Portulano Prouinciæ Principatus citrà, & Gabrieli Cardonæ Magiſtro Portulano Ducatus Calabriæ, vel eorum ſubſtituitis;nec non Viceportulanis, Portulanotis, Cabellotis,& Credenzerijs,ac portuum,& carricatoriorum Prouinciarum prædictarum,& dicti Ducatus Cuſtodibus, cæteriſque alijs Officialibus ad quos infraſcripta ſpectant, & ſpectabunt,præſentibus,& futuris ſalutem.

7 Nupèr pro parte Viri Magnifici Regijque Conſiliarij Aronis Cibo ex Præſidentibus Regię Camerę Summariæ in eadem Camera productæ,& præſentatæ fuerunt Regiæ literæ,paruo Regio ſigillo munitæ, alijſque Regiæ Curiæ ſollemnitatibus debitis roboratæ,continentię ſubſequentis: Alfonſus Dei Gratia Rex Aragonum, Siciliæ citrà, & vltrà Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Hungariæ, Maioricarum,Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis,& Ceritaniæ: Illuſtri,& cariſſimo filio,& Locumtenenti noſtro Generali Ferdinando de Aragona Duci Calabriæ ſalutem,& paternam benedictionem,Magiſtris inſu-

inſupèr Portulanis, Viceportulanis, & Portulanotis, Cabellotis, Credenzerijs, ac portuum, & Carricatoriorum Prouinciarum Terræ Laboris, Principatus citra, & Calabriæ Regni noſtri Siciliæ citra Farum prædicti, cuſtodibus, gratiam noſtram, & bonam voluntatem: quia Nos Magnifico, & dilecto Conſiliario noſtro, & Præſidenti Cameræ Summariæ Aroni Cibo licentiam, & plenum poſſe dedimus, prout tenore præſentium damus, extrahendi a quibuſcumque portibus, & carricatorijs prædictis, tot tractas grani, ordei, vel aliorum ſeminum, quorum ius Curiæ noſtræ pertinens, ſufficiat ad ſatisfactionem quingentorum ducatorum, quos dictus Aron Cibo de tempore, quo adminiſtrationem noſtræ Theſaurarię, tenuit dilectus Conſiliarius noſter Guillelmus Piuades, habiturus erat, & ſibi etiam deberetur, prætextù ſuæ annuæ prouiſionis.

8 Vobis dicto filio, & Locumtenenti noſtro Generali dicimus; Vobis verò vniuerſis, & ſingulis alijs officialibus prædictis, ad quos ſpectat, tenore præſentium, pręcipimus, & iniungimus, & expreſsè mandamus, ſub gratiæ, & mercedis noſtrę obtemptu, quatenùs inuiolabilitèr, obſeruantes eidem Aroni Cibo, huiuſmodi noſtram licentiam, & facultatem abſque aliqua contradictione eidem Aroni, vel alij eius parte a dictis portibus tot tractas extrahere, ſeù extrahere facere permittatis abſque ſolutione alicuius iuris, quod ius earum, vt prędicitur, ad integram ſolutionem, & ſatisfactionem dictorum quingentorum ducatorum eidem Aroni per Curiam noſtram de tempore prędicto debitorum, vt pręducitur, integrè perſoluenda.

9 Quoniam nos attentis ſeruitijs dicti Aronis Maieſtati noſtrę pręſtitis, & in poſterùm ſperamus eumdem pręſtiturum, dictos ducatos quingentos conſequi, & ha-

here modo prędicto, volumus, & iubemus; mandamus vobis, quatenùs, ſi prędictas tractas, pluribus vicibus extrahere illi veſtrum, ad quos ſpectet de ſingulis primis extractionibus, notamentum in pede prętandam, facere teneatis; in vltima verò pręſentes penès ſe retinere debeant pro cautela.

10 Mandātes nihilominùs tenore pręſentiū Magno dicti Regni Camerario, Pręſidentibus, & Rationalibus Camerę noſtrę Summariæ, & alijs quibuſcumque a vobis prædictis, et quolibet veſtrum computum auditoribus, quatenùs tempore veſtri ratiocinij, Vobis ponentibus in introitu integros redditus dictarum extractionum, et in exitu iura extractionum aſcendentia ad quantitatem dictorum quingētorum ducatorum, et reſtituētibus pręſētes, vna cum apodixa dictorum quingētorum ducatorum per dictum Aronem facienda, eoſdem in veſtris recipiant computis, et admittant, omni contradictione ceſſante, et contrarium non faciatis, neque faciant, ſicut gratiam noſtram caram habetis, et habent, ac iram, et indignationem cupitis, non ſubire. Datum in noſtris felicibus Caſtris propè terram noſtram Caſtillionis Piſcarię, nono die menſis Ianuarij vndecima indictione, anno a Natiuitate Domini MCCCCXXXXVIII. Rex Alfonſus: Dominus Rex mandauit mihi Franciſco Martorello, et viderunt eam L. M.C.bb.Vic.et Conſeruator Generalis, etc. adeſt exequtoriale in forma Regię Cameræ, cum data apud Caſtrum Capuanum, Neap. die 7. Martij 11. ind. Regiſtrata in Summaria in Communi 3. Bernardus de Raymo, Thomas pro Magiſtro Actorum.

Ex

Ex Regeſto Significatoriarum primo an. 1452. vſque ad 57 adſeruato in Magno Archiuo Regiæ Cameræ Summariæ, folio 225.

1 ALphōſus Dei Gratia Rex, Magnifico Viro Petro Marco Giptio, de Atiſſa, de Ciuitate Theatina Vtriuſque Iuris Doctori, Aduocato Fiſcali, Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Decet optimum Principem Viros illos ad dignitates plurimas, & honores, officiaque diuerſa promouere, qui, & approbatæ deuotionis fidei, & ſinceritatis conſtantia, morumque virtutis, & probitatis ſufficientia poſſunt, & valeant multiplicitèr onera ſupportare. Attendentes itàque aliàs zelum ipſum veſtræ feruentis dilectionis, ſinceram fidem, probitatem, & induſtriam, alijs noſtris literis, ſub datum in Caſtro Turris Octauæ die ſeptimo menſis Februarij quartæ indictionis anno a Natiuitate Domini 1451.

2 Vos Generalem Fiſci noſtri Patronum, & Aduocatum fecimus, creauimus, conſtituimus, & ordinauimus, vt in eiſdem literis, ad quas nos referimus pleniùs continetur; deindè veſtris expoſcentibus, & excreſcentibus meritis, & ſeruitijs, alijs noſtris literis, dat. in Caſtello Nouo Ciuitatis noſtræ Neapolis die 18. Ianuarij 15. ind. anno 1452. Vos vnum ex Conſiliarijs noſtris ordinarijs in noſtro Sacro Conſilio reſidentibus fecimus, conſtituimus, creauimus, & ordinauimus, potiturum illis prærogatiuis, dignitatibus, gratijs, ſalarijs, gagijs, & emolumentis, quibus alij de noſtro Conſilio potiuntur, & gaudent, quibus Vos creauimus, vt in eiſdem pleniùs eſt videre. Animaduer-

maduertentes igitùr quanta cum coſtantia,fide,feruore, ac diligentia in dictis vobis commiſſis officijs rexiſtis, & non ſolùm in his, ſed alijs etiam maioribus, & per Vos, veſtroſque prædeceſſores circà Nos, & ſtatum noſtrum benè,fidelitèr,ac legalitèr præſtitis veſtræ perſonæ,ac bonorum non parcendo periculis,laboribus, & expenſis.

3 His, & alijs cauſis, quas exprimere non curamus, dignè moti, Vos eundem Petrum Marcum Giptium,tanquàm maiora promerentem,tenore præſentium,de certa noſtra ſcientia,ad veſtræ vitæ decurſum,vnum ex Præſidentibus Cameræ noſtræ Summariæ Audientiæ dubiorum,ac computorum,tàm noſtræ Curię,quàm omnium adminiſtrationis Officialium Regni noſtri Siciliæ citrà Farum fecimus,conſtituimus,creauimus,& ordinauimus, cætui noſtro, atque conſortio aliorum Præſidentium Cameræ noſtræ Summariæ agregamus,coniungimus,atque vnimus,recepto priùs a vobis de benè,fidelitèr,atque legalitèr exercendo,& adminiſtrando officio memorato,ad honorem,ſtatum, & fidelitatem noſtram, noſtrorumque ſucceſſorum, vtilitatem Reipublicæ, ſubditorumque noſtrorum, ad Sancta Dei Euangelia iuramento; ità quòd Vos dictus Petrus Marcus Giptius quamdiù vitam duxeritis in humanis,ſitis vnum ex ordinarijs Pręſidentibus dictæ Cameræ noſtrę Summarię, ipſumque officium teneatis,regatis,& exerceatis,vita veſtra durante,prout cęteri Pręſidẽtes tenẽt,regunt,& exercent,quodque de cętero potiamini,& gaudeatis,potiturique,& gaudere poſſitis,valeatis,& debeatis omnibus, & ſingulis iuribus,gagijs,ſalarijs, immunitatibus, commoditatibus,pręrogatiuis,gratijs,dignitatibus, lucris, obuentionibus,& emolumentis, quibus alij Pręſidentes dictæ Camerę Summarię potiuntur,& gaudent,ac potiri,& gaudere ſoliti ſunt, poſſunt,& debent,ſiuè quomodolibet poterunt, & debebũt.

4 De-

4 Declarantes tùm expreſsè atque volentes, tenore pręſentium de certa noſtra ſcientia, quòd proptèr ordinationem, quam ad pręſens de vobis in Pręſidentem Camerę noſtrę Summarię facimus, literis Aduocationis Fiſci, & Conſiliariatus per Nos, vt pręfertur, Vobis hactenùs conceſſis, quę officia benè, vigilantèr, accuratèque, vt decet geſſiſtis, & geritis, non intendimus, nec volumus, vllo modo, in aliquo derogatum iri, ſed ipſas, & pręſentes noſtras literas iuxtà earum ſeriem, continentiam, & tenorem in ſui roboris firmitate manere, atque perſiſtere, quoniam pręſentium tenore expreſsè declaramus, & volumus in noſtro Sacro Conſilio, vel in dicta Camera noſtra Summarię Vos vacare, & incedere poſſe, & debere, ipſaque officia, ſecundùm veſtrarum literarum continentiam totiès, quotiès, & quando Vobis placuerit, meliùſque, & vtiliùs pro ſtatu noſtro, noſtręque Curię commodo, vtilitate, & intereſſe, ac etiam Reipublicę videbitur, expedire, adminiſtrare, regere, & exercere debeatis.

5 Nec perhoc, quòd quotiès, & quando vni ex dictis vacabitis officijs, gagijs, ſalarijs, pręrogatiuis, & gratijs alterius careatis, ſed ipſis omnibus gratijs, pręrogatiuis, ſalarijs, & gagijs ſimul vti, frui, & gaudere poſſitis, valeatis, & debeatis; cum ſic de certa noſtra ſcientia fieri velimus, & iubeamus. Illuſtriſſimo propterea, & cariſſimo Filio primogenito, & Locumtenenti Generali noſtro Ferdinádo de Aragonia Duci Calabrię noſtrum declaramus intentum, Spectabili Viro, Magnificis, & Egregijs Viris, magno huius Regni Camerario eiuſque Locumtenenti, Pręſidentibus, & Rationalibus Cameræ noſtræ Summarię, & ſignantèr Perceptori iuris quatuor pro centenario; aut alio cuicumque illius receptori, aut diſtributori Collaterali Conſiliarijs, & fidelibus noſtris dilectis, mandamus, quatenùs habendo, tenendo, atque tractando ex nunc in antea

Digitized by Google

antea Vos dictum Petrum Marcum Giptium, pro Præſidente Cameræ noſtræ Summariæ ſupradictæ ad ſolam præſentium oſtentionem, & præſentationem ad exercitium, & adminiſtrationem officij memorati admittant, & recipiant, admittique, & recipi faciant.

6 Voſque vti, frui, potirique, & gaudere ſinant, & liberè permittant illis honoribus, fauoribus, gratijs, prærogatiuis, immunitatibus, & priuilegijs, quibus cæteri Præſidentes potiuntur, & gaudent potirique, & gaudere ſoliti ſunt, poſſunt, & debent, vobiſque de conſimilibus gagijs, ſalarijs, & emolumentis, quibus alijs Præſidentibus ſolui, ſatisfieri, & aſſignari conſueurunt, ſoluant, & ſatisfaciant dubio, & difficultate ceſſantibus quibuſcunque; recepturi tantum a Vobis in ſolutionibus, quas vobis fecerint, vicibus ſingulis, apocas de ſoluto, per eos ſui ratiocinij tempore producendas, & acceptandas, abſque nota cuiuslibet quæſtionis.

7 Et contrarium non faciant aliqua ratione, vel cauſa, tùm cæteris iuſtis, & rationabilibus cauſis mentem noſtram mouentibus, quas exprimere non curamus, ſic de certa noſtra ſcientia fieri velimus, & iubemus quibuſcũque in contrarium facientibus nullatenùs obſtituris: in quorum teſtimonium præſentes fieri, magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti iuſſimus communiri. Datum in Caſtro Nouo Ciuitatis noſtræ Neapolis die primo menſis Octobris ſextæ indictionis anno a Natiuitate Domini MCCCCLVII. Regnique noſtri huius Siciliæ citrà Farum anno 23. aliorum verò Regnorum noſtrorum prædictorum anno 42. *Rex Alphonſus. Yo e leydo la preſente, y plazeme, que aſsi ſe faza.* Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrucijs. Viſa per Magnum Camerarium, & Ciccum Antonium Guindacium, pro Conſeruatore generali. Soluat vncias quatuor. Notata per Troylum Pigna-

gna-

Digitized by Google

gnatellum, penès Magnum Camerarium. Regiſtrata in Cancellaria, penès Cancell. in Regeſto XXXIV.

Ex Vol. intit. Curia 2. 1446. vſque ad 52. in Arch. Reg. Cam. fol. 48. a ter.

1 INnichus de Dauolos, &c. nobili, & egregio Viro Gabrieli de Maſtrillis de Nola legum Doctori, Magnæ Curiæ Vicariæ Iudici, ac Conſeruatori Sigillorum eiuſdẽ Curiæ ſalutem. Quia regiæ intẽtionis eſt, quòd in hac Regia Camera Summarię videatur compotus omnium introituum, & exituum, ac iurium dictorum ſigillorum, & ſuper hoc quoddam mandatum Illuſtriſſimi Domini Ferdinandi de Aragonia Ducis Calabriæ, &c. vobis factum ſit, cùi minimè obtemperaſtis.

2 Idcircò vobis tenore præſentium Regia auctoritate, qua fungimur, præcipimus, & mandamus ad pœnam vnciarum auri centum Regiæ Curiæ applicandam, ſi ſecùs feceritis, quatenùs ſtatim, receptis præſentibus comparere debeatis in dicta Regia Camera Summariæ cum libris, & quaternis, & ſcripturis alijs quibuſcumque ad id oportunis, & neceſſarijs, poſiturus computum, & rationẽ de omnibus, & ſingulis iuribus, introitibus, & exitibus dictorum ſigillorum, ac ſoluturus omne totum, & quicquid vos teneri reperiemini pro iuribus dictorum ſigillorum, & contrarium non faciatis ſicuti regiam gratiam caram habetis, ac pœnam prædictam cupitis euitare, præſentibus poſt oportunam inſpectionem earum pro cautela remanentibus, præſentanti. Datum in Regia Camera Summariæ apud Caſtrum Capuanum Neap. die quinta menſis Iunij 10. ind. Inichus Locumtenens. Goffredus. Thomas pro Magiſtro actorum.

Ibidem fol. 94. a ter.

3 INnicus,&c. Magnifico Viro Petro Capdeuila Regio Generali Theſaurario in Regno citrà farum prædicto ſalutem. Quia nos pro dictæ Cameræ ornatu, in Magiſtratus noſtri ingreſſu, ad Regiæ Maieſtatis decus, & honorem, certos pannos ad ipſius Maieſtatis arma, noſtraque, vt moris eſt, fieri, laborarique fecimus, quæ laboratura, ac manifattura computatæ, conſtituunt pretium ducatorum viginti quinque, & peciam vnam panni viridis emi mandauimus, vel faciendam, pretio ducatorum quatuordecim, pro copriendis tabulis Cameræ ipſius; & quædam domus in turri etiam Octaui, in qua Camera eadem regi debebat ordinatione noſtra, reparata fuit fabrica, portis, & feneſtris, pretio ducatorum quinque.

4 Ideò harum tenore vobis dicimus, & regia qua fungimur auctoritate, mandamus quatenùs pecunias prædictas, quæ ſummant ducatos quatragintaquatuor, nobili Viro Gregorio de Campitello de Tramonto, ſeu dictas pecuniarum quantitates de noſtri ordinatione, & mandato de quacumque regia fiſcali pecunia penès vos ſiſtente, aut quamprimum peruentura, detis, ſeu dari, & conſignari faciatis; recipiendo ab eo de eiuſmodi pecuniarum conſignatione, debitam apodixam in computis veſtris, vna cum præſentibus acceptandam, & admittendam abſque nota dubij, & contradictione quacumque. Datum in Camera Summariæ prædicta die 29. Menſis Iulij 13. ind. M.CCCC.L. Innicus Magnus Camerarius.

Thomas pro Magiſtro actorum.

In

In eod. Vol. fol. 130. *a ter.*

5 INnicus, &c. Rationalibus eiuſdem Regiæ Cameræ. Quia per virum nobilem Baſilium de Miro de Graniano perceptorem iuris quatuor per centenarium, certæ expenſæ factæ ſunt de noſtro verbali mandato, & ordinatione, vt ſubſequitur, v3.

6 In primis pro conducendo ſcripturas Summariæ de Caſtro Capuano ad domum Magni Camerarij per manus Cubelli de Griffis duc. 1. gr. 10. Item Magiſtro Honufrio Carpenterio pro tabulis, ſeu bancis tribus, pro banchalis tribus magnis, & vno paruo, pro paribus tribus pedeſtallorum, pro actatura duorum parium pedeſtallorum, pro aptatura vnius feneſtræ, in qua fecit de nouo mediam feneſtram, pro aptatura aliarum feneſtrarum duc. 6. tar. 2. gr. 10.

7. Item pro portatura dictarum rerum in Summaria gr. 10. Item pro dicto Magiſtro Honufrio pro inceratura feneſtrarum quinque ad eius expenſas, pro banchalis quatuor magnis, pro vna bancha magna, pro vno par. pedeſtallorum, & pro duabus caſſis cum clauaturis duc. 10. tar. 3. gr. 10. Item pro portatura dictarum rerum in Summaria gr. 10. Item pro duobus calamanis de pilatro tar. 3. Item pro reſmis quinque de carta duc. 5.

8 Item vni Nuncio qui portauit quoddam mandatum Petro Moromili in Calabria pro pecunia quatuor per centenarium duc. 2. de mandato Dominorum de Summaria. Item pro duabus cartis de pergamino, vna pro fiẽdo priuilegio ducatorum mille pro Dominis Summariæ, & alia pro fiendo priuilegio ponendæ rationis adminiſtratorum pecunię fiſcalis quolibet ſemeſtri gr. 18. Item vni Scriptori Bartholomæo de Rens pro regiſtro, & mãdato Secretarij pro dicto priuilegio duc. 1000. tar. 3.

9 Item Notario Ioanni Coppulæ, & Notario Loyſio Scriptoribus Summariæ pro regiſtratura duarum commiſſionum factarum ad exactionem pecuniæ quatuor per centenarium tar. 1. gr. 15. Item pro candelis de cera in diuerſis vicibus per manus Simonelli gr. 10. Itē pro vno cagnabacio pro ciminera dictæ Cameræ per manus dicti Symonelli gr. 11.

10 Quæ quidem expenſæ per nos, & acceptatæ fuerunt; ideò harum tenore officij auctoritate, qua fungimur vobis committimus, & mandamus expreſsè quatenùs in ratione, & computo coram nobis ponendo per præfatum Baſilium de receptis, & ſolutis per eum, ratione dicti ſui officij, dictas præinſertas expenſas per eum de noſtro mādato, vt ſupra dicitur, factas, & per nos admiſſas, eidem Baſilio reſtituendas, præſentes cum præinſerto memoriali, & apodixa de minoribus ſummis factas, acceptetis, admittatis, & audiatis omni dubio, & cōtradictione ceſſante. Datum in Camera prædicta die 24. menſis Maij 14. ind. 1451. Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens Magni Camerarij. Thomas pro Magiſtro actorum.

Ibidem fol. 137.

11 INnicus, &c. nobili, & egregio Viro Domino Franciſco Pagano de Ciuita Ducali Regio Conſiliario, & Commiſſario ſuper graſſia paſſuum Aprutij, ac ex Præſidentibus dictæ Cameræ Summariç. Quia viſa ratione dicti veſtri officij, compertum eſt Vos pro tempore dicti per vos adminiſtrati officij, vos ſoluiſſe magnificis viris Ioanni Baptiſtç, Domino Petro Lallo militi, & Adoardo de Camponiſchis fratribus filijs, & hæredibus quondam Baptiſtæ de Camponiſchis, ſeu illos ſibi retinuiſſe de pecunijs graſſiæ, & paſſuum prædictorum ad

ra-

rationem vnciarum centum per annos quinquaginta, v3.

12 Pro officio Capitaniæ, ſeu Magiſtri ſuper generali cuſtodia paſſuum prædictorum olim conceſſo dicto olim quondam Baptiſtæ per Dominum noſtrum Regem, dum Vicarius bonæ memoriæ quondam Reginæ Iohannæ ſecundæ, in præſenti Siciliæ Regno prædicto, officio fungebatur, ad vitam ipſius Baptiſtæ, & donec in officio ipſo benè ſe gereret, cum gagijs annuarum vnciarum quinquaginta, & alias vncias quinquaginta olim dicto quondam Baptiſtæ ſuper pecunijs graſſiæ, & paſſuum prædictorum in annuam prouiſionem pro ſe, & ſuis hæredibus conceſſas per præfatum Dominum Regem, dum dicto Vicariatus officio fungebatur, in feudum tamèn, & ſub contingenti, & feudali ſeruitio.

13 Quæ quidèm quantitates indebitè dictis hæredibus per vos ſolutæ, seù per eos retentæ fuere, tùm quia dictum Capitaniæ officium cum dictis gagijs, morte ipſius Baptiſtæ expirauit, nec dicti hæredes conceſſionem aliquam, poſt ipſius quondam Baptiſtæ mortem habuerunt a Regia Maieſtate; tùm quia ſecuta rebellione Ciuitatis Aquilæ, & ipſorum hæredum, in reductione poſtmodùm Ciuitatis Aquilæ ad fidelitatem Regiam, dùm petita fuiſſet a Regia Maieſtate confirmatio pro prędictis hęredibus gratiarum prædictarum, non fuit eiſdem per Regiam Maieſtatem confirmatio ipſa facta, ſed reſponſum, quòd de confirmatione, quæ petebatur, placebat Regiæ Maieſtati, quòd in ſuo arbitrio remaneret; ſicque dicta confirmatione, non obtenta, nullum ius prædictis hæredibus competijt, aut competit huiuſmodi ſolutione recipiendi, & ſibi retinendi.

14 Propterea vobis tenore præſentium dicti noſtri officij auctoritate, qua fungimur, mandamus, quatenùs receptis præſentibus omnem, & quamcumque pecuniam

per

per prædictos hæredes tàm pro tempore dicti veſtri officij, quàm aliorum veſtrorum prædeceſſorum, præmiſſis de cauſis habitam, perceptam de præmiſſis pecunijs dictæ graſſiæ, & paſſuum prædictorum, poſt ſcilicet reductionẽ dictæ Ciuitatis Aquilæ ad Regiam fidelitatem, ab eiſdem exigatis, & pro Regia Curia recipiatis, & ijs a quibus pecunias ipſas receperitis debitas apodixas facietis, eis omni futuro tempore valituras. Datum in Camera Summariæ prædicta die 23. menſis Iulij 14. ind. milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo. Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens Magni Camerarij.

Thomas pro Magiſtro actorum.

Ex Reg. 9. priuil. Regis Ferdinandi an. 1464. in Regia Cancellaria fol. 30.

1 FErdinandus, &c. Magnifico Viro Franciſco de Fulgineo I.V.D. & Militi Conſiliario fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem: ad bonorum cuſtodiam, malorumque vindictam portat Princeps gladium, & exercet imperij poteſtatem; qui dùm iuſtè ſæuit in reprobos, pacificos ſeruat in tranquillitate ſecuros: vt igitùr exercitio iuſtitiæ vigeat, & neruus diſciplinæ publicę non lenteſcat, prouidi conſtituendi ſunt Præſides, qui ab iniurijs innocentes cuſtodiant, & apertis oſtijs, omnibus æqualitèr iura reddant.

2 Propterea igitùr non parùm confiſi de fide, induſtria, æquitate, & diligentia veſtri Magnifici Franciſci de Fulgineo I.V.D. & militis, ac Conſiliarij fidelis noſtri dilecti, cuius ergà nos fidem, & probitatem in arduis, & pleriſque rebus experti ſumus, & quem ad omnia magna peragenda idoneum eſſe ab experto ſcimus; & a quo non du-

dubitamus diligentiſſimè omnia, quę veſtrę commiſerimus prudentię,gubernatum iri,Vos Capitaneum Ciuitatis noſtrę Neapolis,eiuſque pertinentiarum, & diſtrictus per totum annum pręſentem 13.ind. & deindè in antea ad noſtri beneplacitum,cum plena,meri, mixtique imperij,ac gladij poteſtate, recepto prius à Vobis de ipſo Capitaneatus officio benè, & legalitèr exercendo,corporali ad Sancta Dei quatuor Euangelia,iuramento.

3 Tenore pręſentium de certa noſtra ſcientia ſtatuimus,& fiducialitèr ordinamus;quò circa nobis harum ſeriè pręcipimus quatenus in pręſentiarum vos ad Ciuitatem prędictam conferatis, ſicque circà ſtatum noſtrum fidelium Ciuitatis ipſius, eiuſque pertinentiarum, & diſtrictus, dictumque Capitanię officium per nos vobis cōmiſſum diligentèr exercere curetis,miniſtrando iuſtitiam ſine exceptione aliqua perſonarum, neminem grauando, rancore,vel odio,aut releuando iniuſtè,prece,pretio, gratia,vel amore:nec non Eccleſias, Eccleſiaſticas, & aliàs miſerabiles perſonas, pupillos,& viduas, iuſtis protegendo fauoribus,& tuendo;ac circà diurnam,nocturnamque dictæ Ciuitatis cuſtodiam vigilando, quòd fideles noſtri ipſius Ciuitatis, & eius pertinentiarum, in ſtatu ſeruetur pacifico;improborum refrenetur audacia,bonorum greſſibus tutæ ſint ſemites; vſque de officij ipſius adminiſtratione,in qua vtique iura omnia, conſtitutiones & capitula pro Regni ſtatus reformatione compoſita,ſine trāſgreſſione ſeruabitis, proceſſus iure probent,& opera laudanda commendent.

4 Ecce namque Eccleſiarum Pręlatos requirimus,& hortamur;baiulis verò iudicibus,& alijs officialibus,vniuerſitatique, & hominibus, & ſingularibus perſonis Ciuitatis prædictę,eiuſque pertinentiarum,& diſtrictus,damus vigore præſentium , & dicta certa ſcientia expreſ-

ſiùs

ſiùs in mandatis quatenùs vobis tanquàm Capitaneo per nos in dicta Ciuitate,pro dicto tempore deputato,in omnibus, & ſingulis ad dictum Capitaniæ officium ſpectantibus,ad honorem,& fidelitatem noſtram, pareant, obediant,& intendant;pœnas autèm,& banna, quas & quæ, ipſo durante officio ritè, & rectè tuleritis, rata gerentes, & firma, illas & illa, per vos irremiſſibilitèr exigi volumus,prout iuſtum fuerit a tranſgreſſoribus eorundem; & vt conſultiùs dictum Capitaniæ officium valeatis adminiſtrare,Iudicem,& actorum Notarium, qui apparebunt per noſtras literas ordinati, pro Iudice Aſſeſſore, actorūque Notario vobiſcum accipiatis, & admittatis, ac tractetis decentèr,vt expedit, iuxtà ſuarum ſeriem, & tenorem literarum.

5 Et ne in adminiſtratione eiuſdem Capitaniȩ officij, proprijs ſumptibus laborare cogamini, gagia, & ſalaria, debita,& olim conſueta pro vobis officialibus,& familiaribus veſtris, ſoluenda de pecunijs prouentuum, & alijs, prout eſt conſuetum, ac emolumenta conſueta, & debita alijs veſtris in eodem officio prædeceſſoribus dari, & exhiberi ſolita,vobis earundem tenore præſentium, ſtabilimus,& ordinamus.

6 A prædeceſſore autèm veſtro, quem ab exercitio dictæ Capitaniȩ officij,vigore prȩſentium,ceſſare prȩcipimus,captiuos omnes, ſi quos habet, recipiatis ſub ſigillo ſuo cum nominibus,cognominibus,& cauſis captionis,& detentionis ipſorum;acta inſupèr & mandata pendentia, tàm de tempore ſuo,quàm ſuorum in eodem officio ipſorum,vel abſolutionem, ſeù cōdemnationem captiuorum ipſorum iuxtà merita probatorum,vel probandorum, iuſtitia mediante,procedatis, acta, ſecundùm iuſtitiam terminando, & mandata ipſa pendentia in eo, quæ pendet tàm ſupèr negotijs fiſcalibus; quàm etiam priua-

to-

Digitized by Google

torum exequi ſollicitè ſtudeatis.

7 Concedentes vobis nihilominùs quòd poſſitis vti illis quatuor arbitrarijs literis,quibus vti,ſoliti ſunt cæteri huius Regni officiales, quarum prima incipit, *de iuris cenſura*: altera, *exercere volentes*: tertia, *ne tuorum*:quarta, *præſentis iuris ſanctio*, quæ licèt hic non exprimantur per extenſum;tamèn hic haberi volumus pro expreſſis,& declaratis.

8 Et quia vos interdùm alijs magis arduis negotijs verſamini, & non poteritis verſari vndèquaque in dicti officij exercitio,licentiam, & facultatem omnimodam, vobis impartimur, quòd idem Capitaniæ officium poſſitis, & valeatis per alium ſubſtitutum veſtrum, virum quidèm probum,ſufficientem,& idoneum,ac fidelem noſtrum,de cuius culpis, & defectibus vos principalitèr noſtræ Curiæ teneamini,regi,& gubernari facere; facta tamèn priùs nobis notitia, & habita a nobis ſpeciali licentia.

9 Sic ergò in eiuſdem officij adminiſtratione vos gerentes,quòd in conſpectu noſtro mereamini verbum laudis;volumus tamèn,quòd antè quam vos immiſceatis regimini, & officio huiuſmodi, vel ad illud quomodolibèt admitti poſſitis,teneamini cauere idoniè in poſſe Cameræ noſtræ Summariæ de benè, & legalitèr exercere, vos habendo eiuſmodi officij exercitium,& neminem grauādo,ſed miniſtrando ſingulis iuſtitiæ complementum,nulla habita exceptione perſonarum, iuxtà formam ſacrarum Conſtitutionum,& capitulorum ipſius Regni, & deſtando ſindicatui quadraginta diebus, & ſoluendo omne damnum paſſis,ſi quod opus fuerit,reſtituendum;in cuius rei teſtimonium præſentes,noſtro ſigillo conſueto munitas fieri iuſſimus. Datum in Ciuitate noſtra Theatina per nobilem Virum Benedictum de Balſamo Locumtenētem

die 24.Octob.anno Domini M.CCCC.LXIV.Regnorum noſtrorum anno ſeptimo.Rex Ferdinandus. E.Seb.pro P.Garlon. Nicolaus de Allegro pro M. Cam. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Ex Com.4.an.1445 in Arch.Reg.Cam. fol.132.

1 NOs Præſidentes Regiæ Cameręs Summarię,&c. Magnifico,& Strenuo Viro Domino Raymũdo Boyl militi præſenti Vicemgerenti Regio Capitaneo vtriuſque Aprutinę Prouinciæ gẽtium armorum Generali Regio Capitaneo,&c. ſcire Vos volumus, quòd nupèr pro parte egregij militis Domini Iacobi Iohannis de Guardia Ciuis, & Camerarij Ciuitatis Theatinæ,oblata fuit petitio coràm nobis in Regia Camera Summariæ, in ſerie ſubſequenti: coràm Vobis Magnifico, & excellenti Domino Franciſco de Aquino Laureti, & Satriani Comiti Regnique Siciliæ Magno Camerario, ſiuè eius Locumtenenti, ac Magnificis, & Spectabilibus Dominis Regiæ Cameræ Præſidentibus, & veſtra Curia,pro parte Spectabilis, & generoſi militis Domini Iacobi Iohannis de Guardia Ciuis, & nunc Camerarij Ciuitatis Theatinæ humilitèr, & deuotè, ac cum reuerentia quanta decet exponitur, & narratur, quòd olim de proximo præterito anno, dum dictus Dominus Magnus Camerarius cum nonnullis Præſidentibus Regię Cameræ ſupradictæ. *Summariam teneret apud Ciuitatem Theatinam*, præfatus Dominus Iacobus plenum ius habere prætendens in ea, ſuper gabella baiulationis Terræ Guardiæ memoratæ,vigore donationis,& conceſſionis ſibi de eadem facta per Sacram Regiam Maieſtatem, &c.

Ex

Ex ſuprà cit. Vol. ſignif. 1. an. 1452. ad 57. in Arch. Reg. Cam. fol. 183.

2 ALphonſus,&c. Nobili, & egregio Viro Petro Paulo de Corbis de Adria militi fideli noſtro dilecto gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Commendabile opus per Principem agitur,cum dignos, & benemeritos ad condecens officiũ deputatur;ex hoc enim honor Principis præſeruatur, & cui confertur officium,dignum ſe præbet in exemplum alijs vniuerſis. Sanè attendentes merita veſtrę ſinceræ deuotionis,& fidei, nec non perſonę veſtræ peritiam,ſufficientiam, & legalitatem,de vobis in veſtris negotijs experimento laudabili comprobatam, ex quibus ad veſtri Status augumentum, ſpeciali quadam conſideratione mouemur,vt vos dignis officiorum honoribus,proſequamur.Tenore igitùr pręſentium vos eundem Petrum Paulum in Præſidentem, ſeù vnum ex Præſidentibus Cameræ noſtræ Summariæ audientiæ rationum officialium huius citrà Farum Siciliæ Regni,ad veſtræ vitæ decurſum, & donèc in officio ipſo benè fidelitèrque geſſeritis, cum illis honoribus,fauoribus,libertatibus,& exemptionibus, præeminentijs, priuilegijs,prerogatiuis,gratijs;nec non gagijs,& emolumẽtis cõſuetis,& debitis,ac per alios dictæ Camerę Sũmarię Pręſidẽtes percipi,& habere ſolitis, creamus, ſtatuimus, & fiducialitèr ordinamus, recepto prius a vobis ſolito fidelitatis,& de dicto Pręſidẽtię officio exercendo fidelitèr, & legalitèr,corporali ad Sancta Dei Euangelia iuramento; quo circa vobis earundem pręſentium ſerie committimus, & expreſsè mandamus quatenùs ſtatim,receptis pręſentibus ad dictam Cameram noſtram Summarię.Vos perſonalitèr conferentes, ſic huiuſ-

Digitized by Google

modi Pręſidentię officium in dicta Camera Summarię donèc,vt prędicitur,vixeritis,ad honorem,& fidelitatem veſtram,& Curię noſtrę vtilitatem,& commodum ſtudeatis diligentèr , & fidelitèr exercere,ipſiuſque Curię , & eius iurium auantagium procurare,& alia facere,& exequi,quæ ad huiuſmodi Præſidentię officium,& eius exercitium ſpectant,& pertinent,quòd de ipſius officij adminiſtratione laudabili,poſſitis in conſpectu noſtræ Maieſtatis meritò commendari, & per rerum viciſsitudines prouehi ad maiora. Eccè nàmque Magnificis, & dilectis noſtris Magno dicti Regni Sicilię Camerario eiuſque Locūtenēti,& Pręſidētibus dictæ Cameræ Sūmarię,nec non Theſaurarijs,& alijs ad quos ſpectat pręſentibus, & futuris,damus harum ſerie expreſſiùs in mandatis ſub obtentu noſtrę gratię,quatenùs Vos eundem Petrum Paulum ad dictum Pręſidentię officium ſecum recipiant,& admittant,ac officiū ipſum, & omnia & ſingula ad illud ſpectātia per Vos exequi, & exercere,vita veſtra , vt prędicitur durante, liberè patiantur; nec non vobis de gagijs conſuetis,& debitis ad illam ſiquidem rationem,& de ea pecunia,ſpecie de qua, & ad quam alijs Pręſidentibus dictę Camerę Summarię,de eorum gagijs ſatisfieri conſueuit, vigore tātum pręſentium correſpondeant integrè, & ſine contradictione quacumque,& recipiant prout ad eos ſpectauerit de his,quod vobis ſoluerint, more ſolito apodixam eis ad cautelam,omni tempore valituram, & acceptaram,abſque nota cuiuslibet quęſtionis,nullis cautelis alijs,quàm tranſumpto pręſentium,vna cum apodixa iam dicta ab eis quomodolibèt requirendis.In cuius rei teſtimonium pręſentes literas exindè fieri,& Magno Maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus cōmuniri . Datū in Caſali Principis die ſeptimo menſis Februarij ſecūdę ind.an. a Natiuitate Domini 1454. Regnorū noſtrorū anno 39.huius citrà

citrà Farum Sicilię Regni 20. Rex Alphonſus.
Vidit P. Conſer.generalis. Innichus M. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Matthęo Ioanni.
Regiſtrata in Cancellaria penès Cancel. in Reg. 2.
Oblata in dicta Camera die 15.Maij 2.ind.1454.

Ex Com. 11. *an.* 1454. *in Arch. Reg. Cam. fol.* 39.

3 INnicus,&c.Regio Generali Theſaurario,ac Nobili Viro Laudadeo de Logognyano Magiſtro Portulano vtriuſque Aprutij,eiuſque Locumtenenti, & ſubſtituto pręſentibus,& futuris:pro parte egregij legum Doctoris Domini Franciſci de Ruſſis de Camplo vnius ex Iudicibus Magnę , & Vicariæ Curiarum productæ,& præſentatæ fuerunt in Regia Camera Summariæ Regiæ literæ,&c. Alphonſus,&c.ſub datum apud Maczonem Roſarum propè pontem Anecchini die 25. Maij 13.ind.an.1450.conſtituiſſe,ac donaſſe meminimus Magnifico Viro Franciſco de Ruſſis de Camplo legum Doctori,vni ex Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Cōſiliario fideli noſtro dilecto,pro eius prouiſione,& ſalario ducatos trecentos quinquaginta, anno quolibet ſoluendos ſibi in duobus terminis,ſiuè tādis,ideſt in mēſibus Septēbris , & Ianuarij cuiuslibet anni, de pecunijs, & iuribus prouenientibus ex ſale diſtribuendo, per totum hoc Regnum noſtrum Siciliæ, & ſignantèr per Prouinciam Terræ Laboris , &c. Datum in Regia Camera die 21. Maij anno Domini 1454. Goffredus pro Magno Camerario. fol.40.

Ex Exeq. 17. Alphonſi, & Ferdin. 1. in Arch.Reg.Cam. fol.188.a ter.

4 FErdinandus, &c. Magnifico,& eximio vtriuſque iuris Doctori Ioanni Baptiſtæ de Bentiuolijs de Saxo Ferrato Conſiliario,& fideli nobis dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Dignum arbitramur,eos ampliſſimis proſequi dignitatibus, honoribus,præeminentijs, & gratijs, quos apud nos probata fides,fidelitas,integritaſque commendant;reuoluenteſque in animo noſtro, veſtram ſinceram deuotionem, fidem, probitatem,intelligentiam,doctrinam,ſolertiam, & integritatem, aliaque virtutum dona, quibus apprimè ornatum;nec non conſiderantes grata,grandia, & fructuoſa ſeruitia per vos nobis fideliter præſtita,& impenſa, nullis parcendo laboribus, quæue nobis in præſentiarum exhibetis, & vos in futurum continuatione laudabili ſperamus præſtiturum; ex quibus non immeritò ad veſtri honoris, & commodi proſecutionem vltrò inducimur, his igitur conſiderationibus,& cauſis dignè moti,& alijs,vos vnum *ex Præſidentibus Cameræ noſtræ Summariæ audientiæ dubiorum,& grauaminum*, tàm noſtræ Curiæ, & cauſarum fiſcalium, quàm rationum officialium huius Regni noſtri Siciliæ,quamdiù in humanis vixeritis, ac benè legalitèrque in exercitio dicti officij Præſidentis vos geſſeritis, cũ gagijs, ſalarijs, lucris, obuentionibus, & emolumentis, prærogatiuis, gratijs, exemptionibus, & immunitatibus debitis,& conſuetis;& huiuſmodi Præſidentię officio ſtatutis,& ordinatis; ac alijs eiuſdem Regiæ Cameræ Præſidentibus dari,ſolui,& exhiberi ſolitis,& conſuetis.Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, ac proprij noſtri mo-

motus inſtinctu ſtatuimus, & ordinamus fiducialitèr, cætuique noſtro, ac conſortio aliorum Præſidentium dictæ noſtræ Cameræ Summariæ aggregamus atque vnimus, recepto prius a vobis ſolito fidelitatis de officio ipſo fidelitèr, & legalitèr exercendo, corporali ad Sancta Dei Euãgelia iuramento; quocirca præſentium ſerie fidelitati veſtræ mandamus quatenùs ad dictam Cameram Summariæ vos diebus, & horis ſtatutis perſonalitèr conferentes, ſic inibi dictum officium Præſidentiæ vnacum alijs Præſidentibus ſtudeatis ad honorem, & fidelitatem noſtram, noſtræque Curiæ vtilitatem, & commodum, ac expeditionem celerem occurrentium agendorum diligentèr, & fidelitèr exercere, aliaque facere, quæ ad ipſum officium ſpectant, & pertinent, ac ſpectare, & pertinere noſcuntur, vt de ipſius officij geſtione laudabili, valeatis in conſpectu noſtro meritò commendari, & per rerum viciſſitudines ad maiora prouehi. Eccè nàmque, per prçſentes Spectabili, Magnificis, & egregijs Viris, Magno Regni huius Camerario, eiuſque Locumtenenti, Prçſidentibus, & Rationalibus dictæ Camerç noſtrç Summariç, earumdem, tenore prçſentium, damus expreſſiùs in mandatis quatenùs vos in exercitio dicti officij fauorabilitèr ad ſolam, prçſentium oſtenſionem recipiant, & admittant, ac vobis de gagijs ſalarijs, & emolumentis conſuetis, & debitis reſpondeant, & faciant a quibus decet reſponderi, & cõtrarium non faciant, ſicuti gratiam noſtram caram habẽt, iramque, & indignationem noſtram, ac pœnam vnciarum mille cupiunt non ſubire, in cuius, &c. Datum in Caſtello Nouo Neap. per Magnificum Virum Lucam Tozolum, Locumtenentem, die 16. Aprilis 1473. Rex Ferdinandus. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs. Eſ. pro Garlon.

Ibid.

Ibid. fol. 189.

5 FErdinandus, &c. Vniuerſis,& ſingulis,&c. debetur obſequijs gratitudo, & naturalis obligationis inſtinctu rependium illis quoque hoc decet adeſſe prȩſtantiùs, vbi maiora prȩceſſerunt merita,& fructuoſiora extitiſſe ſeruitia comprobantur; licèt Magnificus Miles Seuerianus Damianus de Diano iuris vtriuſque Doctor,Camerȩ noſtrȩ.Summariȩ Prȩſidens,& Conſiliarius nobis dilectus,per noſtrum autenticum priuilegium omni,qua decet ſollemnitate roboratum fuerit, & ſit exemptus,liber,franchus, & immunis ab omnibus, & quibuſuis ſolutionibus,contributionibus,& pagamentis,tàm foculariorũ taxȩ generalis nonȩ indictionis,quàm alterius cuiuſcunque ſolutionis,& gauiſus eſt,& gaudeat dicto priuilegio immunitatis,& gratiæ. Tamèn aduertentes ad grata plurimùm fructuoſa, & accepta ſeruitia per ipſum Seuerianum nobis,& Statui noſtro prȩſtita, & impenſa,quæue prȩſtat ad prȩſens, & in futurùm continuatione laudabili,de bono ſempèr in melius prȩſtiturum, ſperamus,proptèr quȩ a nobis maiora meretur ad maioris gratiȩ cumulum. Tenore prȩſentium de certa noſtra ſciẽtia,& ex gratia,eundem Seuerianum, ſuoſque hȩredes ex ſuo corpore legitimè deſcendentes, natos iam, & in anteà naſcituros in perpetuum franchos, & immunes,liberos,& exemptos per has eaſdem facimus,& eſſe volumus, & iubemus ab omnibus, & quibuſcumque ſolutionibus contributionibus, & pagamentis per eos,pro ſe, & ipſorum bonis quibuſcumque habitis,& habendis, tàm foculariorum taxæ generalis nonȩ indictionis, quàm alterius cuiuſcumque ſolutionis per vniuerſitatem Terrȩ prȩdictȩ Diani, &c. Datum in Terra noſtra Fogiȩ per Magnificum

Virum

Digitized by Google

Virum Ioannem Pontanum Locumtenentem die 15. mẽſis Decembris M.CCCC.LXXII. Regnorum noſtrorum quintodecimo. Rex Ferdinandus.

Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Nicolaus Antonius de Montibus Locumtenens Magni Camerarij.

Ibid. fol. 160. *a ter.*

6 FErdinandus, &c. Magnifico Viro Paduano de Patitarijs de Ciuitate noſtra Tarenti, vtriuſque Iuris Doctori, Cõſiliario fideli noſtro dilecto, gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Naturalis ſcientiæ probitas, morum honeſtas, & alia virtutum dona, quæ in vobis conueniunt, non immeritò nos inducunt, vt vos ad honorem, & dignitatem augeamus; de veſtræ igitùr ſcientiæ, prudentiæ, fidei, & ſolicitudinis meritis, exprobata experientia plenariè confidentes. Vos *Iudicem Magnæ, & Vicariæ Curiarum Regni noſtri Siciliæ, vnum ex Iudicibus*, prædictarum curiarum, duximus tenore præſentium, de certa noſtra ſcientia pro toto integro anno futuro ſeptimæ indictionis, & de noſtra in anteà ad noſtrum beneplacitum ſtatuendum, recepto priùs a vobis ſolito fidelitatis iuramento, &c. Datum in Caſtro Nouo Neap. per Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem Fundorum Comitis, die 12. Martij 1473. Rex Ferdinandus.

Ex Exeq. 13. an. 1517. in Arch. Reg. Cam. fol. 212. a ter.

Pro Magnifico Berardino Cioſſo Regiæ Cameræ Rationale, ac Archiuij Regij Conſeruatore.

7 FErdinandus Franciſcus, &c. Vniuerſis ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tàm præſentibus, quàm futuris, & ſignantèr Magiſtris Rationalibus Regiæ Siclæ pręſentis Ciuitatis Neapolis, ac alijs officialibus cuiuſuis gradus, & conditionis exiſtant, quibus pręſentes peruenerint, ſpectabunt, & fuerint quomodolibèt, præſentatæ fidelibus Regijs, & amicis noſtris cariſſimis ſalutē. Nupèr per Magnificum Berardinum Cioſſum de Neapoli Regiæ Cameræ Summariæ Rationalem, fuit in eadem Camera præſentatum quoddam priuilegium Illuſtriſſimi Domini Don Raymundi de Cardona Viceregis, & Locumtenentis Generalis Sereniſſimarū, & Catholicarū Maieſtatū in præſenti Regno, magno earundem Maieſtatum ſigillo in pendenti munitum, cęteriſque ſuæ Curiæ ſollemnitatibus roburatum, tenoris, & continentiæ ſubſequentis: Iohanna, & Carolus Dei gratia Reginæ, & Rex Caſtellę, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, &c. Raymundus de Cardona, Comes Albeti, Regni vlterioris Siciliæ, Magiſter Iuſtitiarius, earundem prædictarum Maieſtatum in præſenti Regno Vicerex, Capitaneus, & Locumtenens Generalis, &c. Magnificǫ Viro Berardino Cioſſo Regiæ Cameræ Summariæ Rationali fideli Regio nobis cariſſimo. Cum vacaſſet ſuperioribus diebus officiū Archiuariatus publi-

cæ

cæ conſeruationis priuilegiorum, & ſcripturarum huius Regni,quę conſeruantur,ac conſeruari,conſuetum eſt in Regia Sicla Fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, per obitum Magnifici vtriuſque Iuris Doctoris Ioannis Baptiſtæ de Raymo, de dicto officio gratiam fecimus, nominando per Magnificum Hieronymum de Franciſco, de Regio nobis aſſiſtente Conſilio, & dictæ Regiæ Cameræ Locumtenentem, qui re vera (vt perceperamus) a Nobis officium ipſum, pro Vobis obtinuerat, licèt tùnc nomen non expreſſiſſet; exindè verò ſupplicantibus nobis Magnificis Electis dictæ Ciuitatis Neapolis, ipſis gratiam fecimus de dicto officio, ſi dictus Magnificus Hieronymus,officium in perſonam veſtram, non impetraſſet, & cum ipſi Magnifici Electi, nominaſſent in dicto officio, Magnificum Notarium Antonellum de Stefano prædictæ Regiæ Cameræ Præſidentem, & in eius perſonam licèt priuilegium expeditum fuiſſet, attamèn, antè executionem, & poſſeſſionem ipſius, per eum adeptam,ad veſtri inſtantiam,iuſtis de cauſis ſuperſederi mandauimus;nùnc autē conſiderantes,quòd in effectu dictum officium, primo loco a nobis in perſonam veſtram,fuerat impetratum,& quòd dictus Notarius Annellus extitit vita functus, proptereà prætenſum priuilegium,pro eo expeditum,ex omni parte ceſſat;ijs igitur, & alijs conſiderationibus mentem noſtram dignè mouentibus,animoque repetentes,optimos mores,virtutis veſtræ fidem, ac vitæ integritatem, & ſincera ſeruitia Sereniſſimæ Domus Aragoniæ, præſertim Catholicæ Maieſtatis memoriæ celebrandæ per Vos præſtita,quæue ad præſens Sereniſſimis Catholicis Majeſtatibus,& Dominis noſtris, præſtiturumque de bono ſempèr in melius, continuatione laudabili ſperamus, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia,& gratia ſpeciali, earumdem Maieſtatum nomine

mine, Vobis præfato Berardino, officium prædictum Archiuariatus, cum omnibus honoribus, & oneribus, auctoritatibus, exemptionibus, & cum prouiſione, gagijs, lucris, obuentionibus, & emolumentis, veſtris prædeceſſoribus in dicto officio meliùs dari ſolitis, ac conſuetis, & ad dictum officium ſpectantibus, & pertinentibus, tàm de iure, quàm de conſuetudine, ſeù aliàs quouis modo, veſtra vita durante, & donèc in eodem officio vos benè, & fidelitèr geſſeritis, recepto priùs a Vobis, ſolito in talibus iuramento, damus, concedimus, & fiducialitèr commendamus, inueſtientes proindè Vos de officio prædicto per expeditionem præſentium (vt moris eſt) quàm inueſtituram vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis poſſeſſionis, & aſſecutionis eiuſdem decernimus obtinere, quo circà fidelitati veſtræ mandamus, & ſic deinceps dictum officium ad fidelitatem Regiam, ac bonum publicum huius Regni exerceatis, vt meritò coràm prædictis Maieſtatibus, & nobis, laudem reportare mereamini, & in dies ad maiora prouehi: Mandamus propterea Ill. Magno huius Regni Camerario, eiuſque Locumtenenti, Præſidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Magiſtriſque Rationalibus Regiæ Siclæ Neap. & cęteris officialibus Regijs, ad quos ſpectat, ſeù ſpectabit, quatenùs inſpecto, per ipſos, & quemlibèt ipſorum, forma præſentium, illam vobis obſeruent, & faciant, per quos decet, inuiolabilitèr obſeruari, omni dubio, & difficultate ceſſantibus, reſpondeantque, & reſponderi faciant de prouiſione, ac cęteris prædictis, ſicuti veſtris prædeceſſoribus reſponſum eſt, inducantque in exercitio officij prædicti, inductumque manuteneant, & defendent contrà quoſcùmque, quum ſic procedat ex noſtra propria mente, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam prædictarum Maieſtatum caram habent, & pęnam ducatorum mille cupiunt euitare,

in

in quorum fidem,præſentes fieri fecimus, Regio Magno Catholicæ Maieſtatis felicis recordationis ſigillo in pendenti munitas, cum adhùc prædictarum Maieſtatum ſigillum non dùm ſit expeditum.Datum in Caſtello Nouo Neap.die 27.menſis Septembris 1517. Don Ramon de Cardona. Vidit de Colle Reg. Vidit Antonius Ianuarius Viceprothonotarius, Hieronymus de Franciſco Locumtenens Magni Camerarij, Vidit Matheus de Cardona Regius Generalis Theſaurarius, Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Seron, quia exemptus Lopis taxator in priuil.loc.11. fol. 248. ſupèr quo quidem præinſerto priuilegio prædicti Illuſtriſſimi Domini Don Raymundi de Cardona Viceregis, & Locumtenentis Generalis prædictarum Sereniſſimarum Catholicarum Maieſtatum in præſenti Regno, petita per eundem Magnificum Berardinum executoria in forma dictæ Cameræ conſueta; eadem re vobis,& veſtrum cuilibet p.t.o.r.a.q.f.d.q.o. atque man. quatenùs forma dicti præinſerti priuilegij prædicti Illuſtriſſimi Domini Don Raymundi de Cardona, vt ſuprà per Vos,& vnum quemque veſtrum diligentèr attenta, & in omnibus inuiolabilitèr obſeruata,illã prædicto Magnifico Berardino obſeruetis, & faciatis per quemlibèt veſtrum inuiolabilitèr obſeruari, iuxtà ipſius præinſerti priuilegij ſeriem, continentiam atque tenorem, & contrarium non faciatis pro quanto gratiam prædictarum Sereniſſimarum, & Catholicarum Maieſtatum caram habetis, & dictam pœnam cupitis euitare,præſentes autèm poſt ipſarum oportunam inſpectionem,reſtitui volumus,vicibus ſingulis,pręſentanti pro cautela. Datum Neap.die 28.Septemb.1517. Hieronymus de Franciſco Locumtenens Magni Camerarij.

Iacobus Raparius pro Magiſtro actoruum.

Ex

Ex Volumine literarum Regiarum, quod adſeruatur in Mag. Arch. Reg.Cam. fol.97.

1 ILl. Conde de Oliuares primo nueſtro Viſorey Lugarteniente,y Capitan General:entre otras ordenes,que para el buen gouierno, y cuenta,que ſe deue tener con la hazienda de mi Patrimonio Real deſſe Reyno, y buena adminiſtracion de la iuſticia, ſe han eſtablezido ay vna que el viernes de cada ſemana aya de yr la Camera de la Summaria al Collateral, y los Miercoles la Vicaria criminal, y porque ſe ha entendido, que quando van eſtos Tribunales los hazen eſperar en la anticamera muchas horas de manera que quando entran es tan tarde, que no ſe haze ni deſpacha ninguna coſa, que importa a mi Real Patrimonio, de cuyo eſtado,y coſas que le tocan ſe deuria tractar aquella jornada por la Camera,y en lugar deſto conſumen el poco tiempo que les queda en coſas de muy poca importancia; Yo os encargo y mando, que en conformedad de lo que a eſte miſmo propoſito ſe ha eſtablezido, y encargado tantas vezes deis orden, que en los dichos dias deſtinados para los dichos Tribunales entren en Collateral luego, que lleguen ſin hazerlos detener vn punto, y que luego ſe tracte de lo que le tocare a los dichos Tribunales a cada vno en ſu dia ſin occupar el Collateral el tiempo en otros negocios ſi nò deſpues de ydos los dichos Tribunales, y acauado de referir los ſuyos.

2 Aduertiendoos que los primiero que mi Real Camera de la Summaria ha de tractar y referir en el Collateral el dia que à el và ha de ſer lo que toca al eſtado de

mi

mi Real Patrimonio, y que por lo menos en vno de los Viernes de cada mes, cada Commiſſario ha da referir el eſtado de todos los negoçios, que el tieñe a ſu cargo, y de las commiſſiones de ſus Prouincias, Arrendadores, y los de mas que dependieren d'eſto, entẽdiẽdo como correſponden los pueblos, como ſon tratados, como va lo de la Aduana de las pecoras, la eſacion de las Tierras ſaldas del Atarzanal, y fabrica de galeras, partidos, y municiones de Caſtillos, y todo lo demas, que tocare a mi Real Hazienda, y cõueniere, que ſe ſepa para prouecr cõ tiempo en ello lo que fuere meneſter, y eſcuſar las deſordenes y falimientos delos Percettores y Arrendatores, que han hauido por lo paſſado por no entenderſe, ni ſaberſe las coſas ſi no muy tarde, y quando no ſe podian remediar, y lo miſmo s'entiende en reſpecto del Tribunal de la Vicaria, en que tambien ſe tenia la mano, paraque en ſu dia ſe comienze por ſus negocios, y que no los detengan, antes los hagan entrar luego como ſe ha dicho, y que eſto ſe guarde, y execute aſſi con la puntualidad y veras que conuiene, y ſe ha ordenado antes de agora, y vos me ireis auiſando de como ſe haze. Dat. en Madrid a 12. de Hebrero 1596.

YO EL REY.

Vidit Comes Generalis Theſaurarius. Vidit Brugnolus Regens. Vidit de Ponte Regens. Vidit Saladinus Regens. Vidit Scudero Regens. Vidit Lanz Reg.

Idiaquez Secretarius.

Ibid.

Ibid. fol. 58.

MVY ILL. SEÑOR.

3 SV Excellenza me ha mandado eſcriuir a V.S. como los dias paſſados ordenò diuerſas vezes, y vltimamente por villette de los 23. de Iunio 1592. que ninguno de los Señores Preſidentes deſſa Regia Camera fueſſe a viſitar a nadie, y que ſe entiende que no ſe obſerua eſta orden con la puntualidad que conuiene, y pareçiendo a Su Excellenza no ſer coſa de diſimular, es ſeruido que V. S. ſe informe de los que han controuenido en eſto, y ſe lo auiſe paraque ſe pueda proueer lo que mas conuenga de Cancellaria 23. di Octubre 1594. Muy Ill. Señor B. l. m. de V.S. Su Seruidor.

Don Berardino de Barrionuouo.

Ex eod. Vol. lit. reg. fol. 105.

